cleric⁹ nō eēt ver⁹ dñs fructuū bñficij sui: s; sibi eēt dati ad  
vlū certū. s. ad sustētationē suā: z reliqua ad expendēdū in vs⁹  
pios: si alit⁹ expēderet aliqñ teneret necessario ad restitutiones  
qz rem alienā vsurpabat in qua nō hēbat ius dominij nec ad  
ministratiōis: z tñ nō tenet restituere illa sicut si male expēdat  
de bonis p̄imonialib⁹: q̄ verus dñs est istoz bonoz. Qd autē  
scit⁹ tho. dic̄ de bonis hospitaliū: intelligit de quibsdā bonis  
quoz ecclesia hēt administratiōē interdū solū ad faciendū de  
illis elemosynā pauperib⁹ siue sint bona relicta ecclesie siue hos-  
pitalibus: quoz administratio ptineat ad eccliaz: qz ista bona  
sunt clericoz quātū ad solā administratiōē z si ipi indigeāt:  
possunt sumere de eis etiā pro sua sustētatione: qz administra-  
tor alicui⁹ ecclesie etiā sibi ipi suscipere potest de illa elemosyna i  
quantū ipse paup est: z si de istis bonis acceperint clerici aliqd  
ad alios vsus q̄ ad sustētationē suā in necessarijs z ad dandū  
elemosynā pauperib⁹ tenent restituere pauperib⁹ tantundē:  
qz istozū bonozū non sunt ipi dñi: sed administratores solum.  
Alia autē ecclesie sunt de quib⁹ clerico nichil licet accipere nec  
pro sustētatiōe sua: nec ad dandū elemosynā sicut sūt possessi-  
ones: z fruct⁹ ptinētes ad solā fabricā ecclesie z sic sūt possessio-  
nes: z iura beneficij sui: qz de istis nō posset expēdere nisi alie-  
nādo: z tñ nō licet clerico alienare bona imobilia beneficij: sed  
solū inde fruct⁹ pcipere. Si q̄ acceperit aliqd d̄ pdictis bonis  
quomōcūq; accipiat: tenet ad restitutionē cū nō sit dñs taliz  
nec etiā administrator. Ad quartū dicendū qz si cleric⁹ efficit  
se ipotentē ad benefaciendū pauperib⁹ per aliquos sumptus  
imoderatos quos facit: peccat mortaliter: si isti sumpt⁹ multū  
excedant ita qz cleric⁹ nō ignoret istos: esse vltra necessitatem  
ad condecenciā status sui: ideo si clericus in sustentatione ipa  
vo'endo vti rebus delicatis z voluptuosis vel in cōmunijs im-  
moderatis aut in donationib⁹ factis aliquib⁹ nō ex causa pau-

e g e n f q  
m f r a  
s u i n t e l l i g i  
e s t s i e l  
t u s h z m h u  
m c a t o r e x  
d i c t o z z s u f f i  
c i e n t v l l i . s .  
l i v s q u o z m  
a l o v s o q u o p e  
t t e n e t r o d  
// v i d e t h o



pertatis excedat notabilis: non potest in eo saluari bona fides  
 dispensationis nec vsus moderatus diuitiarum cum ipse non  
 ignoret excedere in talibus expensis conditione sui status: id  
 in talibus semper est peccatum mortale. vnde dicit Jo. xxiij.  
**S**i dixerit malus seruus in corde suo: moras facit dominus meus  
 venire et ceperit percutere conseruos suos: manducet autem et bi  
 bat cum ebriosis: veniet autem dominus serui illius in die qua non spe  
 rat et hora qua ignorat. In quantum dicit ceperit percutere con  
 seruos: pertinet ad superbiam et crudele dominium. vt si quis propter  
 dispensationem honorum ecclesiasticorum sibi commissam: incipiat su  
 per bire et puniat minores. Et tamen contrarium monuit beatus petrus  
 prima petri. v. non vt dominantes in clero: sed forma facti gregis  
 id est non sitis tanquam domini clericorum: sed tanquam magistri eorum et lo  
 quitur contra episcopos: qui super bire volunt de administratione  
 sibi credita. de hoc etiam conqueritur Jeronymus ad rusticum nar  
 bonensium episcopum et lxxxij. di. capi. diaconi sunt. dicentes quod solus  
 episcopus vniuersa sibi vendicat solus occidit vniuersos: mendicat  
 infelix in plateis clericus et publicani autem quilibet possit ele  
 mosynam. In quantum autem dicit manducet autem et bibat cum ebr  
 ios: pertinet ad superflua et voluptuosa conuiuia. Et dicitur  
 veniet dominus illius serui die qua non spectat: et hora qua ignorat:  
 intelligit de aduentu ad mortem: quia dicitur deus venire ad  
 mortem cuiuslibet. Et mors cuiuslibet hominis vocatur ad  
 uentus filij hominis. i. christi: quia veniet ad iudicandum ho  
 minem. Et ista hora et dies est cuiuslibet incerta. Dicitur et di  
 uidet eum. s. a societate sanctorum: quia nunc boni et mali per  
 mixti sunt. Sed non erit sic post mortem: quia malis dabitur  
 locus pene: et bonis locus quieti. Et dicitur partem: quia eius  
 partem ponet cum hypocritis id est ponet eum in inferno vbi  
 erunt hypocrite: qui putabant esse boni et erant pessimi. Et sub  
 ditur quod ibi erit fletus et stridor dentium: ad significandum magni  
 tudinem et varietatem penarum de quibus supra ad plenum. Et sic  
 apparet quod taliter administratio est peccatum mortale: quod alias  
 non poneretur pars talium administratorum cum hypocritis.

Si autem clericus in dispensatione fructus beneficij circa sustentationem suam et conuiuia et siles usus excedit equaliter sed non multum potest fieri hoc bona fide. i. cum recta conscientia ut si vellet secundum conditionem et decentiam status sui conformare se eis inter quos viuere potest esse sine peccato mortali ut quod non putat se excedere. nam excessus pius vel defectus pius a medio solet laudari ut virtus. Qui autem multum excedit non potest latere. ut dicitur. iiii. ethicoz. c. xiiij. i. non potest peccatum suum sibi esse occultum: quod cognoscet se excedere et in quantum non potest latere: non patitur secum talis excessus retitudine conscientie: et tunc est peccatum mortale. de his sanctus thomas questione. cxxxvij. et quotlibet. vi. ar. xij. ad primum episcopi abilenensis. Ad sanctos de piurio dicitur quod et si deus non possit facere malum permittit tamen mala fieri quam posse facere malum non est posse: sed deficere a posse: ut in capitulo. faciat homo. xiiij. q. ij. ubi dicitur glo. quod solum illud dicimus posse facere: quod iuste facere possumus: pro quo vide capitulo. sciscitatur de rescriptis. sic. io. j. Sine ipso factum est nichil. glo. i. peccatum. Sed dicitur amos. iij. quod non est malum in ciuitate quod ego non feci glo. i. permitti. pro quo vide sanctum augustinum in encheridion. capitulo. xj. Cuius verba sunt sequentia. deus cum sit summe bonus nullo modo sineret aliquid mali esse in operibus suis: nisi esset a deo opus et bonus ut beneficeret: etiam de malo hoc ergo ad infinitam bonitatem pertinet ut permittat mala: et ex eis eliciat bona. sic thomas prima parte. q. xxv. per totum. sed pro piurio vide magistrum sifay in. iij. di. xxxij. per totum et ibi thomam ubi dicitur inter cetera quod reuera lingua non facit nisi reamens. Et mathei. v. dicitur. Sit sermo vester si non non quod amplius a malo est. Sed sciendum quod de otioso verbo ocioso reddituri sumus rationem in die iudicij. Sic mathei. xij. et in capitulo. quod tiens vero loquimur. etc. xiiij. q. v. et dicitur verbum ociosum quod non inducit aliquem fructum. Pro quo notandum est quantum diligentiam debet adhibere parentes carnales circa filios: et omnes potestates sine omnes maiores circa suos inferiores in loquendo quam propheta dicebat in psalmo. cxi. Pone dominus custodiam ori meo. Et puerbi oru. xvij. dicitur. Ad os et vita in manibus lingue. Et iacobi. iij. dicitur. Deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam. Et ari. ait. vij.



De re publica q̄ ex licentia turpiter loquendi: sequit̄ z turpiter  
 facere. Et gregori⁹ dicebat in dialogis suis li. iiii. capi. xxiij.  
 inter cetera de quodā puulo q̄nqz annoz qui blasphemādo con-  
 tra diuinā potestatē: fuit raptus a demonib⁹ qđ pie credit̄ q̄  
 fuerit factū in penā parentū. Sed alij vulgariter dicūt q̄ nō  
 est credendū q̄ oēs puuli euolāt in paradysum qđ tenet veruz  
 de nō baptizatis. vey est q̄ q̄nqz malicia suplet etatē. vt in. c.  
 Juuenis de sponsalib⁹: z in plurib⁹ iurib⁹. z ethicoz. j. in. c.  
 in qua in. s. sequar vero adhuc affectib⁹ existēs inaniter z in-  
 utiliter audiet: cū finis sit nō cognitio: sed actio. Sequit̄ z fa-  
 cit. Nichil differt etate quis iuuenis sit: an morib⁹. Pro q̄  
 vide capitulū quotiēs. xxiij. q. v. q̄ facit multū cōtra blasphemā-  
 tes cōtra deū z eius dilectos: vbi dicit. Quotiēs vero loqui-  
 mur aut nō opportuno tpe: aut nō opportuno loco: aut nō vt  
 cōuenit audiētib⁹: totiēs sermo mal⁹ pcedit de ore nro ad de-  
 structionē eoz qui audiūt. Cōsiderem⁹ itaqz qđ loquamur: qz  
 pro oī verbo ocioso redd: tūri sumus ratiouē in die iudicij. i.  
 in die retributiōis. sc̄ seneca ad lucillū. *Fili mi lucilli qcqd di-  
 cturus es: antea tibi q̄ alijs dixeris.* Et mathei. xij. d̄r. *De  
 oī verbo qđ locuti fuerint hoies: reddēt rōnē i die iudicij: igr̄  
 quid faciēt hoies in deū blasphemātes: z per cōsequēs oēs per-  
 surij: nō obseruātes inter cetera illa duo pcepta mathei. v. Qđ  
 tibi nō vis: alteri ne facias.* Et mathei. vij. *Quēcūqz vobis  
 vultis vt faciāt hoies: hec eadē illis facite: z sic oēs piuri: ante  
 absolutiōnē sacerdotālē: tenent̄ z obligant̄ restitutioni: si adsit  
 facultas: qz cōmiserūt furtū in nō bñ testificādo. Sed ad hoc  
 q̄ iurans nō efficiat̄ piurus debet h̄re ipi⁹ iuramētū tres co-  
 mites. s. iusticiā z iudiciū z veritatē. sic in capi. z si xp̄s de iu-  
 re iurādo. Et p̄ ista materia vide thomam sua sc̄da sc̄de. q.  
 lxxix q̄n per totū. presertim ad tertiū vbi dicit q̄ iuramētū de-  
 bet esse triplex in corpe q̄stionis cui⁹ verba sunt jeremie. iiii.  
 dicit. *Jurabis viuit dñs i veritate. in iudicio. z iniusticia. qđ  
 exponens Jeronym⁹ dicit. Aduertēdū est q̄ iurandū  
 hos habet comittes. s. veritatē: iudiciū z iusticiam. Pro quo**

sciendū q̄ iuramentū nō est bonū nisi ei qui bene vtit̄ iuramē  
to: sic cro. xx. nō assumes nomē dei tui in vanū. S; ad bonū  
vsum iuramēti duo requirunt̄. Primo quidē q̄ aliq̄s nō le-  
uiter: sed ex necessaria causa z discrete iuret: z quātū ad hoc re-  
quirit̄ iudiciū. s. discretiōis ex pte iurātis: vel dic sub alijs ver-  
bis q̄ iuramētū debet esse triplex. s. iustū verum z discretū.  
Iustū vt nō aliquis iuret spōte sed coacte. Verū vt nō aliq̄s  
aliter iuret: q̄ aio sentit. z sic maxima concordia debet esse in-  
ter cor z os. z p̄pterea dicit mathei. v. Sit fmo vester si si bis  
ad dādū itelligi q̄ si intraneū cor respōdeat: altero si extraneo  
Discretū vt aliq̄s nō iuret nisi p̄ licita: nō aut̄ pro re illicita  
Et hic dicit q̄ iuramētū est duplex. s. assertoriū z pmissoriū.  
Assertoriū ē de rebus p̄teritis. sed pmissoriū de rebus futuris  
Et q̄ iuramētū debet fieri per superiorē. Et q̄ iuramentum  
est affirmatio vel negatio sacre rei atestatio. Et q̄ iuramentū  
dicit̄ iuratio mētis. S; vtrū iuramētū debeat attēdi a pte au-  
dicētis: an pte dicētis. Pro cui⁹ declaratiōe vide tho. sc̄da sc̄de  
q̄stione. lxxxix. Ad septimū quasi in fine vbi dicit̄ inducendo  
verba yfidorī. Quacūq; arte verborū quis iuret. deus tñ qui  
cōsciētie testis est: ita accipit sicut ille cui iurat̄ intelligit. sic in  
capi. hūane aures. z in capi. quacūq; arte verborū. xxi. q. v.  
S; an iuramētū sit semp̄ seruandū. Pro q̄ vide caplm. Si  
vero aliquis de iure iurādo: vbi dicit̄ q̄ iuramētū cū interitu  
salutis eterne nō est seruandū. sic in capi. In malis promissis  
relindec̄ h̄dem: in turpi voto muta decretū. xxi. q. iiii. qd̄ in  
caute vouisti nō facias. Impij est promissio que scelere adim-  
pletur ex quo inferri potest: rei turpis nulla ē obligatio. Pro  
quo nota q̄ nō est sani intellect⁹ qui efficit̄ perjur⁹: z dicit̄ pi-  
rus perdens ius. Et dicit̄ perjur⁹ qui magis amat bona tēpo-  
ralia q̄ ipm̄ deū: z est cōtra rōnē: z cōtra ordinē charitatis su-  
perius assignatū de amando deū: z sic pessime cōscie est: q̄ ma-  
gis amat res suas vt res amici sui tpales: q̄ deū z suā cōsc̄ia  
q̄ debet amare deū p̄pter se z in se z sup̄ oia z primū in deo z  
p̄pter deū. Et sic sc̄dm̄ aliquos piuri deberent puniri vltimo

no tu  
iuramentū

iuramentū est  
duplex 1. ser-  
uandū 2. non  
promissoriū.

z malis pro-  
missis

i



suplicio. i. pena eterna si nō fecerit pñiaz. pro q̄ vide caplm. f. de crimine falsi cui⁹ verba sūt. Falsidic⁹ testis tribus psonis ē obnoxius: primū deo cui⁹ pñtia cōtēpnit. de inde iudici: quez mētiēdo fallit: postremo innocenti quez falso testimonio ledit vterqz mendaciū dicit: qz ille pdesse nō vult z iste nocere de siderat. sed nota q̄ falsus pōt accusari. l. cornelia de falso. ff. ad legē corneliā de falsis. vterqz glo. Qui veritatē occultat z qui mēdaciū dicit z sic falsidic⁹ testis tripliciter debz puniri. Seco vifa malicia adhibēdū est remediū. Pro q̄ sciendū q̄ dī ma tbei. v. Sit sermo vī si si nō nō q̄ ampli⁹ est a malo ē q̄ debz itelligi q̄ p̄ma dicitio si attribuit corde. scōa dicitio si attribuit ori: est dicere ne aliqs piur⁹ efficiat debet q̄ hz in corde pferre per os qm̄ loquella est nūtius cordis: z sic debet cē maxia con cordia lter cor z os: ne piur⁹ aliqs efficiat z restitutiōi teneat z obliget vt imēdiate dicet. Dicit vlteri⁹ q̄ apli⁹ ē a malo ē. s. qñqz a pte iurātis: z qñqz a pte audiētis z qñqz a parte vtrius qz. A pte iurātis si nō seruat ordinē i iurādo vt supradictū est vt. s. qz nō debet iurare spōte imo coacte. A pte audiētis si nō credit ea q̄ credere dz tpe q̄ dz. qñqz a pte vtriusqz. s. qñ iurāt z audiēs nō bñ se bñt. tbo. vbi sup̄. Et iuramētū venit p̄t in credulitatē hoīuz: z ē iuramētū finis ois cōtrouersie eē de aure iurādo z. l. ij. ff. de iure iurādo: qz nichil āpli⁹ ē q̄rēdū. Sz in qua etate possūt hoīes iurare p̄ huiusmōi declaratiōe. vide. c. paruuli. xij. q. v. vbi dicitur puuli qui sine etate rationabili sūt nō cogant iurare z q̄ simul piurat⁹ fuerit nec testis sit poss bec: nec ad sacramētū accedat: nec in sua causa iurator existat Sz qñ aliqs dicit periur⁹: vel qñ nō: pro cui⁹ declaratiōe vide caplm q̄ aūt piuriū. xij. q. ij. vbi dicit. Qd̄ aūt periuriū sit falsus iurare facile pbat. z glo. dicit hic querit an sit piur⁹ qui inrat falsū q̄ putat esse verū. Ad q̄ notādū q̄ q̄tuoꝝ modis dicit cōmitti piuriū. Uno mō vt si aliqs falsum ignorāter iuret z illud modo est peccatum. vt infra eo beatus. Seco modo dicitur periurium tātū falsum iuramentum scienter factum: etiam illud semper est peccatum z mortale. vt infra eo. bo.

nota

nota

mines. Tertio mō dicit peiuriū indiscretū iuramētū: z illud  
quāq; est pctm̄ mortale. vt infra. q. iij. qui sacramēto. quāq; est  
veniale. xv. di. §. alias ea. Quarto mō dicit peruriū trans-  
gressio iuramētū: z illud quāq; nullū est pctm̄ vt in illicitis vt in-  
fra eo. q. iij. In malis quāq; est mortale. vt infra. q. iij. si qd.  
Sed pro declaratiōe peruri ad quid teneat. sciēdū q; ois pe-  
nitens tenet ad cordis contritiōē: z ad oris confessiōē: z ad  
opis satisfactiōē: sic in capitulo. Si res. xiiij. q. vj. vbi dicit.  
Si res enī ppter q̄ pctm̄ cōmittit: reddi potest: z nō reddit:  
penitētia non agit: sed fingit Sed vtrū casus piurij sit casus  
episcopalis: an non: standū est ritui epatus vel punicie. Sed  
prehabita restitutiōe de piuro debet fieri recursus ad superio-  
rē: si bñ potest: vt si non sequat periculū in mora. Pro quo  
nota sacerdos curā aiarn gerens q; ois perur<sup>us</sup> debet prius re-  
sistitūre z satisfacere tm̄ quātū dāpnū intulit: ante q̄ absoluat  
qm̄ ois piur<sup>us</sup> debet satisfacere de dāpno illato pti lese: cū resti-  
tutio sit repatio i p̄stintū statū: si adsit facultas: qm̄ aliter nulla  
eēt cōfessio: z p cōsequēs neq; absolutio: s; incidere sacerdos  
talē piurū absolūēs sine p̄dicta restitutiōe: an illū canonē. Si  
cecc<sup>us</sup> cecū ducat: ambo in foucā cadūt. mathei. xv. z teneret res-  
titutiōi talis sacerdos vt mal<sup>us</sup> iudex sic in. l. pperādū. l. de  
iu. li. iij. z sic cōditiōib<sup>us</sup> p̄habitis piur<sup>us</sup> dz absolui. z sic q; p̄tē  
sūt arbitrarie sup eo qd debet deo: nō aut sup eo: qd debet pri-  
mō sic sup. Pro q̄ sciendū q; casus a qb<sup>us</sup> nō valet absolvere  
sacerdos: nisi in mortis articulo sūt isti. Prim<sup>us</sup> ē de solēpni  
penitētia: q̄ nō inuigat nisi ab ep̄o vt di. xix. iij. sen. Secūdo ē  
de excoicatiōe vbi penitēs remittit ad supiorē: vt ad eū q; exco-  
municauit. Terti<sup>us</sup> ē de irregularitate: in q̄ sol<sup>us</sup> papa dispensat  
Quart<sup>us</sup> de incēdarijs. Quit<sup>us</sup> de casib<sup>us</sup> ep̄o reseruatīs scōz cō-  
suetudinē dioce. cōsuetudo. n. dat z aufert iurisdictionē sic. iij  
sen. di. xix. pro q̄ vide caplm̄ siqs cōuit<sup>us</sup>. xxiij. q. v. z dicit siqs  
conuit<sup>us</sup> fuerit alios ad falsa testimonia vl<sup>us</sup> piuria atraxisse zc.  
Pro ampliori declaratiōe vide capi. Quicūq; vj. q. iij. vbi  
dī. Quicūq; sciēs glo. i. z certa scia piurauerit quadraginta

in p̄o q; bñ potest  
si i modū ostēdit



Dies in pane & aqua glo. cōtinue septē sequētes aſos penite-  
 at & nunq̄ sit sine penitētia glo. i. interiori. & usq̄ in testimo-  
 niū recipiat cōmunionē tū post hec recipiat glo. alibi dicit q̄  
 iuramētū bz solū deū vltorē sine dāpno p̄rini. l. ij. nō ergo in-  
 currit infamiā Pro quo vide sūmā rosellā in. c. per iurū vbi  
 dicit panormita q̄ ois piur<sup>9</sup> est infamis scōz canones. Itē ali-  
 bi legit q̄ periurū cōtinet sub cōmune stelionat<sup>9</sup> vt. ff. de cri-  
 mine stelionat<sup>9</sup>. l. vi. S; crimē stelionat<sup>9</sup> nō ifamat vt. ff. de  
 crimie stelionat<sup>9</sup>. l. ij. ḡ nec piurū. solutio vbi iuramētū nō ca-  
 dit i p̄iudiciū alicui<sup>9</sup>: solū deū bz vltorē. dicit at̄ qdā q̄ si iura-  
 mentū est de futuro semp infamat: qz ibi fraugit fides deo &  
 hoī. Secus si est de p̄nti vel de p̄terito. C. de trāssatiōibus si  
 quis maior. Alij dicit q̄ iuramētū qd̄ interuenit in cōtracti-  
 bus nō infamat secus in iuramēto qd̄ sit in iudicijs hoc certū  
 est q̄ oē iuramētū infamat canonica infamia. Utrū aut̄ teme-  
 rariū iuramētū repellat a legitimis cōtractib<sup>9</sup> dixi. lxxv. di-  
 florētinū. S; pro periuro & iuramēto vide maḡm sūlaz su-  
 iij. di. xxxix. per totū presertim finalib<sup>9</sup> verbis vbi dicit. Que-  
 ritur an. s. peccet qui cogit hoīem iurare: quē scit iurare falsū  
 de hoc augustin<sup>9</sup> ait. Qui exigit iurationē multū interest si ne-  
 scit illū iuraturū falsū an scit. si. n. nescit. & iō dicit iura michi  
 vt fides ei sit: nō est peccatū: tñ hūana tēptatio est. Si vō scit euz  
 iurare falsū: & cogit eū iurare: homicida est. Item qui puocat  
 hoīem ad iurationē: & scit eū falsū iurare: vincit homicidaz: qz  
 homicida corp<sup>9</sup> occisur<sup>9</sup> est: ille animā: imo duas aīas. s. aīas  
 illius q̄ ad iurandū puocabit & aīam suaz. & sic dicebat aug<sup>9</sup>.  
 pro vita hoīs saluāda non est mentiendū. Pro ampliori de-  
 claratione sciendū q̄ qui cogit aliquē iurare: & sciat talē iurare  
 falsū: aut est p̄sona publica: aut priuata. Si sit p̄sona publica  
 nō peccat: qz nō facit in p̄sona sui: s; i p̄sona cōmunitatis. S; si  
 sit p̄sona priuata vt petrus vel fredinād<sup>9</sup> peccat mortaliter  
 vt dictū est nota q̄ iuramētū ē finis oīs cōtrouersie. vt in. c.  
 Et si p̄ps de iure in. in quo capi. dī q̄ vir multū iurans reple-  
 bit iniquitate. glo. i. pctō & nō divedet a domo ei<sup>9</sup> plaga a domo

*In iuris*

*notabilis*





140

quis. cui. quid. per quid. ad quid. cur. quid. et quoniam. Breuiter  
 teneas in hac questione: quod semper iuramentum est seruandum: si est licitum: sed etiam illicitum sit ex modo iurandi: ut in capi. Si aliquid forte. xxij. q. iij. et extra de iure iur. in. c. debitores. et in hoc capi. si aliquid forte. xxij. q. iij. dicit glo. Quod quidam dicunt quod romanus pontifex non potest absoluere a licito iuramento. ut in capi. auctoritate. xv. q. vj. Pro quo vide prophetas in psalmo. xxxi. vbi dicit. Intellectum dabo tibi: et instrua te in via hac quam egredieris etc. Et est dicere quod homines multum debemus fugere sensualitatem: et ratione sequi ut homines dicamur et tibi. j. presertim in diuinitate: siue patribus et gubernationibus et alijs huiusmodi: quoniam de talibus: si non faciunt facienda. dicit propheta in psalmo. xxxvj. Audi ipsum super altatum et eleuatum sicut cedros libani: transiit et ecce non erat: quasi eius: et non est inuenerit locum eius. Sed pro voto. Non quod dicit magister sententiarum in. iij. di. xxxviij. quod votum est testificatio quodammodo promissionis expectantiae que deo: et de his que sunt dei fieri debet quoniam quis testificatio possit ad interiorum testificationem proprie referri et tibi. dicit ij. ij. q. lxxxviij. ad primum in corpore questionis. Sic ergo ad votum tria ex necessitate requirunt. primum quod de liberatione. secundo propositum voluntatis. tertio promissio: in qua perficitur ratio voti. Supradidit etiam quod quibus et alia duo ad quandam voti confirmationem. scilicet. promissio oris sedis illius psalmi. lxxv. Redda tibi vota mea: que destruxerunt labia mea: que supradicte res dicuntur conditiones voti. Pro quo non quod votorum alia dicuntur simplicia: alia vero sollempnia. Simplicia dirimuntur minimo minus contractum: sed non dirimuntur iam contractum. Sollempnia autem dirimuntur minus minus contractum et iam contractum ut ordo sacer et alia b. i. sic tibi. ij. ij. q. lxxxviij. ad. vij. sic l. ps. lxxij. uocete etc. Circa. iij. de missa dicitur quod petrus et thomas dicunt quod si valor suffragiorum consideret sedis quod valet ex virtute charitatis: sic tamen presentunt singulis ac si pro vno tantum fieret. Si autem considerat valor suffragiorum in quantum sunt quodam satisfactiones per intentionem faciatis transferantur in mortuos: sic magis valet ei pro quo specialiter fuerit sic enim effectus suffragiorum diuidit diuina iusticia inter eos per quibus fuerit. que concludunt quidam quod si quis sacerdos promisit deseruire vni capelle et quotidie ibi celebrare: quod talis non possit dicere missas

vo

brati gregozij pro aliquo alio. Et sic nō posset acceptare ali-  
quas missas ad dicendū nec trinitatis nec crucis rē. hoc patz  
p predicta. Et idē dicēdū de quibuscūq; alijs sacerdotib⁹ tā  
secularib⁹ q̄ religiosib⁹ q; si pmiserunt dicere. xxx. missas pro  
vno tales missas nō possunt appropriare alteri alias tenentur  
ad restitutionē scđm scotū: ideo cautela est vt sacerdos nō pro-  
mittat in speciali alicui. Sz poterit dicere: nos rogabim⁹ deus  
pro te vel pro illo defuncto in. xxx. missis vel mille: z sic pmit-  
tēdo plurib⁹ psonis poterit satisficere Imo tot q̄ promissit: vnu  
tū ē q; posset excensare huimōi sacerdotes pmittēdo plurib⁹  
dicere. xxx. missas. s. scđm cōsuetudinē oīuz sacerdotuz: qui in  
differenter acceptāt plura trigessima simul dicūt z omnibus  
pmittūt q; dicerēt. xxx. missas. z seculares sciunt hāc cōsuetu-  
dinē fore inter religiosos z alios sacerdotes. Et sic vident eē  
cōtenti q; in. xxx. missis oret pro eis aut pro defunctis eoz. Si  
tū esset aliq; secularis: qui expresse diceret. Volo. xxx. missas  
pro me: z nolo vt ceceptetis alias missas in eis vel huiusmodi  
vt multos vidit: tūc dico q; est necesse: aut nō acceptare: aut ac-  
ceptando velis nolis dicere pro eo dūtarat. Licet tū in oībus  
missis quātūcūq; appropriatis rogare deus pro toto mundo  
z deuotis z viuīs z defunctis: dū mō nō appropient eis: hāc  
opiinonē tenet archi. flo. z io. de capitolio. Pro quo nota q;  
tū missa peccularis dī missa specialis de aliquo sancto: sic sūma  
rosella in titu. de missa. Quātū ad quartū de aduocatis scien-  
di q; aduocatoz: alij dicunt boni: alij vō mali. boni aduocati  
dicunt illi qui vtunt bonis armis: que tangit impator in prin-  
cipio institute: cuius verba sunt. Imperatoriā maiestātē: non  
solū armis decoratā: sed etiā legibus oportet esse armatā zc.  
Et sic sicut corpa defendunt armis corpalib⁹ z rōne: ita z me-  
lius defēdunt ase theologica scia z rōne q̄ sūt arma spūalia. s.  
theologia. iura canonica z ciuilia. Et sic boni aduocati sūt mi-  
lites xp̄i: q; sicut est impator z regū z principum defendere  
corpa hūana: ita ē ecclie z sc̄toz doctoz z bonoz aduocatoz tā  
iurū sc̄toz canonū q̄ iurū ciuiliū defēdere rōnez z veritatē



q: etibi. j. .2 li. de pomo siue de morte dicit: amicus plato: sed  
 magis amica veritas: 2 alibi aristotiles. Pro veritate inq:  
 renda oia familiaria sunt destruēda. Pro quo sciēdū q: ve-  
 ritas scōm ysaac est adequacio itellect<sup>o</sup> ad ipam rem. Pro q  
 nota qd dicit tho. li. iiii. sen. di. xviii. ad quartū quasi finalib<sup>9</sup>  
 verbis. Sicut hō debet prius sustinere mortē q̄ peccet mor-  
 taliter: ita etiā q̄ q̄ peccet venialiter illo mō debito quo debet  
 venialia vitare zc. Pro quo nota qm̄ sicut tristant coropra z  
 aīe: qm̄ corpi auferit sibi pes vel manus vel aliqd̄ huiusmodi  
 cū sunt ptes corpis: 2 q: sicut fleut hoies z tristant: forti<sup>9</sup> tristāt  
 aīe: si bene cōsideres per cōmissionē cuiuscūqz pcti mortalis:  
 qm̄ sicut sepat aīa a corpe rōne indisponis corpis. vt dictū est  
 supra: vt si auferant corpis ptes a corpe vt caput vel alia que  
 cūqz pars vt manus vel pes: fortius tristant aīe psepationez  
 ipius dei ab aīa: qm̄ sicut aīa dat esse corpi per pntiā: melius z  
 verius dat de<sup>9</sup> esse ipi aīe: sic actū. xvij. De<sup>9</sup> est quo sum<sup>9</sup>. vi  
 uimus z mouemur: sic magr sen. di. xvij. finalib<sup>9</sup> verbis: 2 sibi  
 thomas sup illa pticula: q̄ nō est vita corpis zc. In cui<sup>9</sup> decla-  
 ratione dicit tho. Nō oportet q̄ sit similitudo quātū ad oia: sed  
 solū quātū ad hoc: q̄ sicut aīa corpi sensū z motū p̄bet: per hoc  
 q̄ est in corpe: ita deus aīe spūaliter quā inhabitat per gr̄am.  
 Pro quo nota q̄ hoies existētes in gr̄a: semp sunt iocundi z  
 gaudētes. Sz existētes in pctō mortali: semp sunt tristes: qz  
 mortui spūaliter: sic existētes in gr̄a semp sūt iocūdi: qz viui na-  
 turaliter z spūaliter: vt dictū est. Et sic dicebat sapiēs puer.  
 xvij. Anim<sup>9</sup> gaudēs etatē floridā facit glo. qz vitā pducit vs  
 qz ad caniciē. Spūs vō tristis ericat ossa glo. z sic abreniat vi-  
 tam: qz tristitia est passio mortificatiua. Sz romanor. iij. dī  
 Quēcūqz a deo sūt: ordinata sunt. Sz redeundo ad materiā  
 de veritate dicam<sup>9</sup> q̄ est ibi veritas doctrine. Et veritas vite  
 Et veritas iusticie. Nā veritas doctrine cōsistit in quadam  
 manifestatiōe verorū: de quib<sup>9</sup> est scia: sz pro ista materia vide  
 tho. scōa scōe. q. cxiiij. Veritas vite est in quātū hō opat scōm  
 dictamē recte rōnis: 2 scōm cōformitatē ad legē dinā. Veri-

tas vero iusticie dicit: in quantū cōstituit equalitatē in reb<sup>9</sup> ex  
teriorib<sup>9</sup>. Sed de ista veritate loquit thomas in. iij. di. xlvj.  
ad. j. finalibus verbis cui<sup>9</sup> verba sūt. Ad scōm dicēdū q<sup>d</sup> ve-  
ritas illa de qua tullius loquit est scōm cōmensurationē vocis  
ad rem prout. s. aliq<sup>s</sup> cōfitef in iudicijs scōm q<sup>d</sup> res se habet z  
seruat in factis scōm q<sup>d</sup> pmissit: z hec veritas ē pars iusticie.  
**C**Ad tertiū dicēdū q<sup>d</sup> veritas q<sup>d</sup> est in intellectu: est equalitas  
intellect<sup>9</sup> ad rem indifferēter siue sit per actū nostrū cōstituta: si  
ue nō: etiā de hac nō loquit ad pñs: z q<sup>d</sup> voces sūt signa intelle-  
ctus: ideo iusta hanc veritatē sumit veritas doctrine: que di-  
stinguitur cōtra veritatez iusticie. Veritas eni doctrine: in ve-  
ritate enūciatiōis cōsistit. Ex quo elici poterit q<sup>d</sup> sentēcia ve-  
ra est manifestatio veritatis z e contra. potest tñ colligi ex pre-  
dictis q<sup>d</sup> vno modo accipit scōm cōmēsuratiōē intellect<sup>9</sup> ad  
esse rei. Et scōm hanc veritas doctrine accipit. Alio modo se-  
cundū cōmēsuratiōē actionū n̄arū ad intellectū rectū: z sic  
put sunt signū ipius nō considerato dāpno vel lucto alicui<sup>9</sup>.  
Est veritas de qua loquit philosoph<sup>9</sup> diuissa contra simulati-  
onem z iactantiā. Cōsiderato vero dāpno vel lucto: est ve-  
ritas que est pars iusticie q<sup>d</sup> tullius ponit: per q<sup>d</sup> seruat aliq<sup>s</sup>  
indēpnis in iudicijs: etiā cōfessiōib<sup>9</sup> vt vtraq<sup>s</sup> istarū veritatū  
reducat ad veritatē doctrine: inquantū vtraq<sup>s</sup> cōsistit in qua-  
dā manifestatiōe: prout vero actiones n̄e cōparant ad stelle-  
ctum vt regulatū ad regulā sic scōm q<sup>d</sup> intellect<sup>9</sup> rect<sup>9</sup> est regula  
actionū: est veritas vite. scōm vero q<sup>d</sup> est regula equalitatis cō-  
stitute in rebus: est veritas iusticie: de qua Aristo. et bi. v. vbi  
ait. q<sup>d</sup> iusticia est equalitas q<sup>d</sup> dā.

**S**ed ante introductionē materie de qua intēdim<sup>9</sup> aliq<sup>d</sup>  
loqui deo dāte notare dēm<sup>9</sup> oēs i hac carne mortali vi-  
nētes dictū augu. q<sup>d</sup> iducit mag<sup>s</sup> sen. j. li. di. xxxvj. in. c. p in  
de. Cui<sup>9</sup> vba sūt. Cū audim<sup>9</sup> inqt ex deo. z p ipm. z in ipō eē  
oīa. vt io. j. Oīa per ipa facta sūt. oēs itaq<sup>s</sup> naturas: itelligere  
dēm<sup>9</sup>: z oīa q<sup>d</sup> naturalit<sup>r</sup> sūt: nec enī ex ipō sūt pctā: q<sup>d</sup> naturā n̄  
seruat sed viciāt: q<sup>d</sup> ex voluptate peccantiū nascunt. **N**dic a pte



dicit q̄ in illa generalitate locutiōis bona tñ cōtinent: sic lo-  
 co preallegato Jo. j. Oīa per ip̄m facta sunt. glo. oīa bona z  
 oēs nature: z oīa q̄ naturaliter sunt. Sequit: sine ip̄o factū est  
 nichil glo. i. pctm̄: iḡr rogāndus est deus: vt p̄stet z infundat no-  
 bis gr̄am vt operemur bona: qm̄ sine dei adiutorio nō possu-  
 mus facere bona: tñ sine dei adiutorio: z si nō sine eius pm̄issi-  
 one: possum⁹ facere mala: sic dicit amos. iij. Nō est malū in  
 ciuitate: q̄s de⁹ nō fecerit. glo. i. pm̄iserit. Pro quo vide pro-  
 phetā in psal. lxxvij. vbi dicit. Sp̄s vadēs z nō rediēs. Et  
 sic posse facere mala nō est posse: s; deficere a posse. vt dictus  
 est in capi. faciat hō. xxij. q. ij. vbi dicit glo. q̄ solū illud dici-  
 mus posse facere: q̄s iuste facere possum⁹. S; sciendū z tristān-  
 dū est qualiter. infideles sūt sepati a deo rōne infidelitatis: z fi-  
 deles sepan̄ rōne cuiuscūq; pcti mortalis: z sic q̄ elongātur a  
 deo peribūt: nisi cōuertant. s. fideles ad fidem cū sacramento  
 baptismi principaliter: qz est ianua z fūdamētū oīuz sacramē-  
 torū: nō solum pro pūnlis verū etiā pro adultis: z isto recepto  
 sūt abiles z dispositi ad recipiēda oīa alia sacra: nisi appareat  
 aliq̄s ipedimētū a pte ip̄oz. Et est baptism⁹ causa sufficiens  
 ad delendū oē pctm̄ tā mortale q̄ veniale z q̄ origenale z ac-  
 tuale excepto debito. S; si baptisati ceciderit i pctō mortali:  
 resurgēt mediāte dei gr̄a cū cordis cōtritiōe: z oris cōfessiōe z  
 opis satisfactiōe. sic boeci⁹ in li. p̄di. Pri⁹ stirpāda sūt vitia  
 quā inserāt virtutes: qz charitas opponit pctō mortali ecōtra.  
 sic maḡ sen. iij. di. xiiij. z. xv. z. xvj. z in. iij. sen. di. xxij. de  
 charitate. sic ari. metha. xij. vbi ait de qlibz eē vl nō eē zc. z ē  
 dicere q̄ duo cōtraria nō p̄nt simul eē in eodē subiecto: qz cha-  
 ritas opponit pctō mortali ecōtra. Et sic q̄ facit opa dei: ē fili-  
 us dei Et q̄ facit opa diaboli: d̄r fili⁹ diaboli. sic io. viij. ei⁹ fili⁹  
 appellaris cui⁹ opa facis. sic augu. nō ē fili⁹ xp̄i: q̄ nō facit opa  
 xp̄i: sic timēda ē elōgatio a deo. sic p̄ba i psal. cxvij. Lōge a  
 pctōrib⁹ sal⁹. s. vā q̄ ē p̄r: fili⁹: z sp̄s sc̄tis. S; pdictis nō illa  
 q̄ dicit ihero. ad rusticū monacū. Ama sc̄tāz scripturāz studia  
 z carnis vitia n̄ amab: sic p̄ba i ps. cxvij. nisi q̄ lex tua medi.

mea est glo. i. nisi fuisset occupat<sup>9</sup> in tali meditatioe. tunc fore  
te perissem glo. per lassu in culpa grauē: qz oīa mādata tua eq  
tas glo. qz. s. sunt recta via veniēdi ad salutē: ad quā nō pōt ali  
ter deueniri: z qz talis doctrina nō est efficac sine speciali dei  
adiutorio: scōm qz dicit puer. xvj. **M**ois est aimū prepare: sed  
dñi aimū z linguā gubernare. **E**t qz nuper facta ē mētio de  
via veniēdi ad salutē: nō est sub silētio pterendū: qd sit paradi  
sus: eo qz nrm opusculū sit intitulatū via paradisi: qm titulus  
dī a titā sole: qm sicut sol illuminat totā terrā: ita titul<sup>9</sup> illumi  
nat totā materiā. **E**t sic per te potis formare argumētū. Illo  
tpe lfa est vera: quo tpe nigrū quo mōdet rubro z ecōtra. si nō  
correspōdeat. falsa. **E**t sic dicūt doctores canoniste qz si rubrū  
in se cōtineat oīonē siue ppositionē pfectā: ita poterit allegari  
sicut text<sup>9</sup> vt in ti. vt litte nō cōtestata nō procedat ad testiū re  
ceptionē vel ad diffinitiuā sentētiā. vt li. ij. decretaliū. **E**t sic  
dicam<sup>9</sup> qz paradisius est videre dei facie ad faciē: z sic ē admi  
rabilis z valde delectabilis: de quo super<sup>9</sup> dictū est. z hic deo  
dante aliqd dicef. **S**z dictū est sup<sup>9</sup> qz de oī verbo ociofo red  
dituri sumus rōnē in die iudicij. vt mathei. xij. z in. c. quoties  
vero loquimur. xij. q. v. **E**t augu. li. xij. cōfessionū quasi in fi  
ne dicit qz qñ loquimur veritatē: loquimur de deo. sic io. j. **L**ex  
per moysen data est: grā aut z veritas per ihm xpm. **E**t alibi  
**E**go sum veritas z vita. **S**z qñ hoies loquūt mēdaciū: nō lo  
quunt de deo: s; de suo. **S**ic io. viij. dī. **Q**ui loquūt menda  
ciū: de pprijs loquūt glo. qz nō aliunde hnt: s; a se ipis accepe  
runt hugo. **S**ic ppba in psal. cxvij. **O**ī s hō mēdar.

**E**t tu vide pro aliqb<sup>9</sup> q nitunt dare nouē itelligentiā  
sacre scripture verba diui augustini: sicut iacet loco p  
allegato z sunt. **C**rescite z multiplicamini. cū hec quoqz oīa  
sicut pisces z aues z hoies gignēdo augeant: genusqz custodi  
ant. **Q**uid igf dicā lumē meli veritas qz vacat hoc: qz inanē  
ita dictū est: nequa qz pater pietatis absit vt hoc dicat seruus  
verbi tui. **E**t si ego nō itelligo qd hoc eloquio significet. vtan  
tur z melius meliores. i. itelligentiores: qz ego sum vnicuiqz



quantū sape dedisti decus meus: placeat autē et cōfessio mea eō  
 ram oculis tuis: quia tibi cōfiteor credere me dñe nō in cassum  
 te ita locutū esse: nec silebo quia michi lectionis huius occasio  
 suggerit. verum est enī: nec video quid impediāt ita me senti-  
 re dicta figurata labiorū tuorū. Noui enī multipliciter signi-  
 ficari per corpus quod vno modo per corpus significatur. Ecce  
 simplex dilectio dei et primi quā multiplicib⁹ sacramētis et inu-  
 merabilib⁹ linguis: et in vnaquāque lingua innumerabilib⁹ locutio-  
 num modis corporaliter enūtiat. Ita crescunt et multiplicant⁹  
 fetus aquarū. Attende iterū quisq; hec legis. Ecce quod vno  
 modo scriptura offert et vox personat. In principio fecit deus  
 celum et terram. genesis. j. nōne multipliciter intelligit⁹ non  
 errorū fallacia: sed verarū intelligentiarū generib⁹ ita crescūt  
 multiplicant⁹ fetus hominū. Itaq; si naturas ipsas rerū non  
 allegorice sed pprie cogitem⁹ ad oīa que de seminib⁹ signunt⁹  
 conuenit verbū: crescite et multiplicamini. Si autē figurate po-  
 sita ista tractemus quod potius arbitror intēdisse scripturā quā uti-  
 quā nō superuacue solis aquatiliū et boiū fetibus istam bene-  
 dictionē attribuit. Inuenim⁹ quidem multitudines et in cre-  
 aturis spūalibus atq; corporalibus tanquā in celo et i terra et in  
 animis iustis et iniquis tanquā in luce et in tenebris: et in san-  
 ctis auctoribus per quos lex ministrata est: tanquā in firmamē-  
 to quod solidatum est inter aquam et in societate amaricanū  
 populorū tanquā in mari: et in studio animarū piarum tanquā in  
 arida: et in operibus misericordie: scōm presentē vitam tanquā  
 in herbis seminalibus et lignis fructiferis: et in spūalibus dō-  
 nis manifestatis ad vtilitatem sicut in luminaribus celi: et in  
 affectibus formatus ad temperantiā tanquā mala vina. In oī-  
 bus his nascuntur multitudines et vbertates et incrementa.  
 Sed quia ita crescat et multiplicet⁹ ut vna res multis modis enū-  
 cietur: et vna enūciatio multis modis intelligat⁹: non inueni-  
 mus nisi in signis corporaliter edictis et rebus intelligibili-  
 ter excogitatis. Signa corporaliter et edita generatiōes aqua-  
 rum ppter necessarias causas carnalis profunditatis. Res

aut intelligibiliter excogitatas generationes humanas ppter  
ronis fecunditate intelligim<sup>9</sup>. Et ideo credimus utriusq; horu  
generi dictum esse abste dñe. Crescite et multiplicami. In  
hac enim benedictione concessam nobis a te potestatem et facultate  
tem accipio: et multis modis enunciare quod vno modo intelle-  
ctus tenuerim<sup>9</sup>: et multis modis intelligere quod obscure vno mo-  
do enunciatum legerim<sup>9</sup>. Sic implentur aque maris: que non mo-  
uentur: nisi a varijs significationib<sup>9</sup>. sic effectib<sup>9</sup> humanis im-  
pletur: terra enim ariditas apparet in studio et dominatur ei ratio.  
Volo etiam dicere: dñe deus meus quod me consequens tua scriptu-  
ra comouet: et discam nec verebor. vera enim dicam te michi in-  
spirante quod ex eis verbis voluisti ut dicerem. Neque enim alio pre-  
ter te inspirante credo me verum dicere: cum tu sis veritas.  
Omnia autem homo mendax. ut ait propheta in psalmo psallegato.  
cxvij. Et ideo quod loquitur mendacium: de suo loquitur: ego ut verum lo-  
quar: de tuo loquar. Ecce dedisti nobis in escam omne fenum  
satiuum seminans semen quod est super omnem terram: et omne  
lignum quod habet in se fructum seminis satiu. Neque no-  
bis solis: sed omnibus animalibus celi et bestijs terre atque serpentibus.  
Discibus autem cetis magnis non dedisti hec etc. Et hoc pla-  
cuit dicere propterea: ne simus mendaces neque in dictis neque in  
factis: et sic neque deo neque proximo: ut inuit in capitulo. Cauete  
fratres mendacium. xxiij. q. v. vbi dicitur quod mendacium non solum  
committitur in verbis: verum etiam in factis: et sic placeat christo redde-  
re proxiimo: ut simus fideles illi et veraces: ut eo fruamur amen.

**P**ro quo sciendum quod frui est amore alicui rei liberere tantum  
propter se ipsam. Vbi vero est id quod in usum venerit re-  
ferre: ad optinendum illud quo fruendum est: alias abuti est et non  
vrius usus illicitus abusus vel abussio nominari debet. Res  
igitur: quibus fruendum est: sunt pater et filius et spiritus sanctus.  
Eadem tamen trinitas quedam summa res est communisque omnibus  
fruendum ea. Si tamen res dici debeat et non rerum omnium causa.  
Si tamen et causa: non enim facile potest inueniri nomen: quod  
tante excellentie conueniat nisi quod melius dicitur trinitas: hec vni<sup>9</sup>



deus. Res aut quibus utendū est mundus est: et in eo creata.  
 Unde Augustin⁹. utendū est hoc mundo: et nō fruendū. hoc  
 magister sūiaz. j. li. di. j. Sed nota q̄ multa mala nobis ene  
 niunt: eo q̄ fruimur utendis: et utimur fruēdis.

**S**ed tu nota in libro de disciplina christiana angustia-  
 nū. Cuius verba sunt. Locutus est ad nos sermo dei  
 et de p̄mitus est ad exhortationē nostrā dicente scrip-  
 tura. Accipite disciplinaz in domo discipline. **D**isciplina ad  
 discēdo dicta est: et discipline dom⁹ ē ecclesia xp̄i. Quid ergo  
 hic discitur vel quare discitur. Qui discunt vel a quo discunt.  
**D**iscitur bene bibere. **P**ropter hoc discitur bene bibere: ut  
 perueniat ad semper bibere. **D**iscit christiani. **D**ocet xp̄us  
**P**rimo ergo quid sit bene vivere. **D**einde que sit merces  
 bone vite. **T**ertio qui sint veri christiani. **Q**uarto quis sit ve-  
 rus magister. **P**auca loquētibus nobis: sicut dñs donat: au-  
 dire dignemini. **O**mnes in domo discipline sumus: s; mul-  
 ti nolunt habere disciplinā. **E**t q̄d est peruersius: nec in domo  
 discipline volunt habere disciplinam. **E**tiam p̄pterea debeant  
 in domo discipline accipere disciplinaz: ut seruent illam in do-  
 mibus suis. **I**psi contra disciplinationē non solum in domi-  
 bus suis habere nolunt: sed neq; ferre illam secum: etiam ad  
 domū discipline: q̄d accidit gratia sensualitatis: quoniā certus  
 est q̄ omne malum q̄d homines faciunt euenit ratione sensu-  
 alitatis: quoniā si homines sequerent̄ rationē nō facerent ma-  
 lum: eo q̄ ratio pronocat ad optima sic apostol⁹ romanoz. ij.  
**G**entes enim: que legem non habent: naturaliter ea q̄ legis  
 sunt faciunt. sic **A**risto. ethicoz. j. **I**deo sequit̄ apud quos nō  
 vacat verbū dei: qui cor auri cōiungūt. **Q**ui nō sunt via vbi se-  
 mē cū ceciderit ab anib⁹ colligit: qui vō sūt petrosa loco: vbi se-  
 men altā radicē hēre nō potest: et ad horā erigit et in esu are-  
 cit. **D**e quib⁹ p̄pha in psal. xlvij. **N**ō cum in honore eēt ēz.  
**Q**ui vō sicut ager spinosus vbi semē cū germinauerit et i au-  
 ras surgere cepit spinaz dēsitate suffocat: s; q̄ sūt ira bona pa-  
 rata semen accipere et fructū reddere: vel centenū vel sexage-

num vel tricenu recondeñt non sine causa intrasse dūcipline  
scholā: z has me similitudines ex euangelio cōmemorasse. Qui  
igif tales sunt accipiant qđ per me dñs dicere dignat. Ego  
qm̄ ille seminat quid sum. **A**ir copbinus seminātis ip̄e in me  
dignet ponere: qđ vobis spergat. **N**olite ergo attendere ad  
vilitatem copbini: sed ad charitatem seminis: z potestātē se-  
minatoris. **Q**uid est ḡ bene viuere. **Q**uid hic discit. **P**re-  
cepta multa sunt in lege: quibus ip̄a bona vita continet. im-  
peratur z discitur. **A**ldulta oīno p̄cepta sunt z innumerabilia.  
**P**receptorū ip̄ozñ paginas vix quisqz enumerat: quātoma-  
gis ip̄a que volunt. **T**u verus de<sup>9</sup> p̄pter eos: qui se volūt excu-  
sare: vel qz eis nō vacat legere: vel qz nō norunt legere: vel qz  
nō possunt facile stelligere vt excusationē nemo habeat in die  
iudicij: voluit sicut scriptū est cōfirmare z breuiare verbū sup  
terraz. sicut de illo p̄pha p̄direrat. **V**erbū enī cōsumās z bre-  
uians faciet dñs sup terrā. **M**oc ip̄m verbū cōsumatū z breui-  
atum nec obscurū: deus esse voluit. **I**deo breue ne nō vaca-  
ret legere. **I**deo apertum: ne dicat nō michi licuit itelligere.  
**P**ro q̄ nota q̄ ego iā senex z sexaginta annoz etatis nō eru-  
bescerē a puero anniculo edoceri. sic. iiii. .q. iij. in. c. si babes.  
**P**ro q̄ nō q̄ nulla etas est sera ad addiscēdū. **E**t sic sciēduz  
q̄ tres sūt stat<sup>9</sup> hoīum infelicitū. **P**rim<sup>9</sup> est. qui pauca sapit:  
spernitqz doceri. **S**ecūds qui multa sapit spernitqz docere. **T**er-  
tius q̄ recta docet: opaturqz iniq̄. **T**hesaur<sup>9</sup> ḡ est magn<sup>9</sup> diui-  
narū scripturū: hñs in se mirabilia p̄cepta multa: tanq̄ mul-  
tas gēmas: z p̄ciosa mouilia: z vasa ingētia: z magna meta-  
lla. **S**z quis pōt scrutari thesaurū istū: z vti eo z puenire ad  
oia q̄ ibi sunt. **Q**uādo hāc similitudinē dñs dedit in euangelio  
suo: z dicit mathei. iij. **S**imile est regnū celozū thesauro suē-  
to in agro: ne qs minus se idoneū diceret ad p̄scrutādū thesau-  
rum. **C**ōtinuo dedit aliā similitudinē. **S**imile ē inquit regnū  
celozū homini negociatori: querētī bonas margaritas: qui in-  
uenit vnā p̄ciosā margaritā: z vendidit oīa que habuit: z  
emit illam: vt si piger eras ad p̄scrutandū thesaurū: nō sis pi-



ger vnā margaritā sub lingua ferre: z quo vls securus ambulare. Quid ergo est verbum cōsumās z brcuiās. Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo: z ex tota asa tua: z ex tota mente tua: z diliges primū tanq̄ te ipm. In his duob' p̄ceptis: tota lex pendet z p̄bete. Ecce quid discat in domo discipline scilz diligere deū: diligere primū. Deū: tanq̄ deū. Proximū: tanq̄ te ipm. Non enī inuenis parem deo: vt possit tibi dici. Dilige deū: sicut diligis illum. De primo inuēta est tibi regula: qz inuētus es primo tuo par. Tu ip̄e queris quō diligas primū. Attēde te ipm: z quomō te diligis: sic dilige proximū. Nō est vbi erras. Volo ergo iam z tibi cōmittere proximū tuū: vt diuigas eū tāq̄ te ip̄z. Volo: s; adhuc timco. Volo tibi dicere. Dilige primū tuū sic te ip̄z z timco. Adhuc enī discutere volo: quō diligas te ipm. Noli ergo egre ferre. Nō es tu ip̄e facile dimittēdus: cui est primus cōmittēdus. Nō transitorie tecum agenduz est. Tu vnus homo es: primi tui multi sunt. Nō enī primo sic debes itelligere primū vel fratrem vel cognatū vel affiné. Proxim' est omni homini: ois hō. sic ēt mag' sen. li. iij. di. xxvij. in fine. Proximi sibi dicunt pater z filius: focer z gener. Nil tam primū q̄ homo z homo. S; si putam' nō esse primos: nisi qui de hīs sōc' parentibus nascunt: adam z euam attendam': z oēs fratres sumus. Et si quidem fratres secundū qd̄ boies sum': quātomagis secūdū qd̄ christiani sumus. Ad id qd̄ homo es: vnus pater fuit adam: vna mater eua. Ad id qd̄ christianus es: vnus pater est deus: vna mater ecclesia. Videte ergo quantos proximos habeat vnus homo. Omnes homines in quos scurrerit: qui bus iungi poterit: proximi eius sunt. Quomodo ergo discutendus est vtrum diligat se cui cōmittendi sunt: tot proximi: vt sic eos diligat tanq̄ se. Et ē proximus ois homo: eo q' ois homo est aptus natus recipere gloriam z frui deo. Nō ergo irascatur vnusquisqz: si discutio quomō se diligat. Certe ego discutio: ip̄e se inueniat. At quid enī discutio: quia ego inuentur' sum. Ideo discutio: vt ip̄e se interroget: ip̄e sibi appareat:

ipse se nō lateat: ipse se sibi nō lateat: ipse se sibi nō abscondat: ipse se sibi ante oculos suos: nō post dorsum ponat. Ad loquentem faciat hoc. Ad nesciētem faciat hoc. Quomō te diligis. Quisq; me audis. imo quisq; deum per me audis in hac domo discipline. Attende te quomō te diligis profecto eni si te iterrogem vtrum diligas te. respōdebis quia diligis: quis enim se odit. Ergo nō diligis iniquitatem si te diligis. Nam si diligis iniquitatem: nō ego dico: psalmū audi. Qui diligit iniquitatem: odit animā suā in. psal. x. Ergo si diligis iniquitatem: audi veritatem: veritatem nō te palpantem: sed a parte tibi debentem: odis te. Quantomagis dicis quia amas te: odis te. Qui enim diligit iniquitatem: odit animā suam. Quid dicā de carne: que pars est vilior hominis. Si animā odit: quanto carnem diligit. Deniq; qui amāt iniquitatem ⁊ odit animam suam: omnē turpitudines exercēt de carne sua. Jam ergo qui diligis iniquitatem: quomō tibi volebas cōmitti proximum: vt diligeres eum tanq̄ te. homo quid perdis te. Si tu ipse sic te diligis: vt perdas te. sic profecto perditus es: ⁊ eum quē diligis sicut te. Volo ergo hunc quē diligas vel sol⁹ peri. Aut corripere dilectionē: aut respue societatem. dicturus es michi. Diligo proximū tanq̄ me ipm. audeo plane: audio. Inebriari vis cum illo: quem diligis tanq̄ te ipm: bene nobis faciamus hodie: quantum possumus viuamus. Vide quia sic te diligis: ⁊ illuz ad te trahis: ⁊ ad qd amas vocas. Necessesse est vt quem diligis tanq̄ te ipm: illuc illum trahas ad quod ⁊ tu amas. Humanus homo imo beluinus: amando talia qualia belue. beluas enim deus prostratas in faciem fecit pastum querentes de terra. Te in duos pedes erexit de terra. Tuam faciem sursum attendere voluit. Non discedet cor tuum a facie tua. Non habeas faciem sursum: ⁊ cor deorsum. imo verum audi: ⁊ verum fac sursum cor: ne mentiaris in domo discipline. Quando enim audis: responde: sed sit verum quod respondes. Sic te dilige: ⁊ diligas proximū tuū tanq̄ te ipm. Quid est enim sursum habere cor: nisi quod dictum est prius.



**D**iliges dominū deum tuum ex toto corde tuo: et ex tota ani-  
 ma tua: et ex tota mente tua. Quia ergo duo precepta sunt: si  
 vnum diceret: non sufficeret. Sufficit et vnum si intelligatur.  
**P**ro quo est notandū q̄ nullus homo in hac carne mortali  
 potest amare vere et realiter proximū: sine hoc q̄ amet deum  
 et contra. Nullus potest amare vere deum: sine hoc q̄ amet  
 proximū: et sic alteruz preceptum isto: um includitur in alio: et  
 sic quia asserit et confitetur ore proprio et expresse se amare d:ū:  
 conf: tetur se amare proximū subintellecte: et sic ista duo prece-  
 pta sunt alligata et cōnera: sic dicit deus. Qui nō diligit pro-  
 ximū quem videt: quomō potest diligere deum quem non vi-  
 det. **V**ide igitur tu qui in hac carne mortali degis siue vniū:  
 qualiter amas deum et proximū: quoniā cogitatiōes hominū  
 nō possunt deo occultari: quoniā omnia sūt nuda et aperta ocn-  
 lis eius. sic p̄mo regū. xvi. vbi dicitur. **H**omines iudicant se-  
 cundū ea que apparēt: deus autē intuet cor: sic in quadā glo. il-  
 lius capituli clerici et infra et de erce. pre. **N**ā sic loquit scriptu-  
 ra. sicut paulus ap̄lus. **N**ō adulterabis. **N**ō homicidiū faci-  
 es. **N**ō cōcupisces. **E**t si q̄ est aliud mādatū: in hoc sermōe  
 recapitulat. **D**iliges primū tuū: tanq̄ te ip̄m. **D**ilectio pro-  
 ximi malum nō operatur. **P**lenitudo autē legis: est charitas  
**Q**uid est charitas: dilectio. nichil videtur dixisse de dilectiōe  
 dei: sed solam proximī dilectionē dixit sufficere adimplēdā le-  
 gem. **Q**uicqd est aliud mādatū: in hoc sermone recapitulat:  
 in hoc sermone implet: in quo. **D**iliges proximū tuū tanq̄ te  
 ip̄m. **E**cce vnum est. **C**erte duo precepta sunt: in quibus pre-  
 ceptis: tota lex pendet et prophete. **V**idete quomō plus breui-  
 atum est: adhuc pigri sumus. **E**cce que duo erant: vnum fa-  
 ctuz est. **P**roxtus proximū dilige: et sufficit. **S**ed dilige: quō  
 te ip̄m diligis: nō quomō te ip̄m odisti. **D**ilige proximū tuū:  
 tanq̄ te ip̄m. **S**i prius est vt diligas te ip̄m: q̄rere habes quō  
ueniēte cōtritiōe: totū sacramētuz reparat qm̄ sicut ē in sacra-  
mēto baptismi: ita fit in sacramēto penitētie. S3 in sacramen-  
to baptismi si aliquis accedat fictē recedēte fictiōe: recipit effe-  
ctū sacramēti. sic ē in sacramēto penitētie si aliquis accedat fi-  
ctē recedēte fictiōe z adueniēte cōtritiōe restaurat sacramen-  
tuz penitētie. Et faciūt pro hac materia verba magistri sen. in  
.iij. di. iij. dicētis. Qui vero sine fide accedūt ul' fictē sacra-  
mentū: nō rem suscipiūt. Unde Hiero. Sūt lauachra gētili-  
um. hereticoz: s3 nō lauāt in salutē z c. Sic etiā de cō. di. iij.  
in. c. Tūc valere incipit ad salutē baptismus: cū illa fictio vera  
ei cōfessione recessit: q̄ cordis malitia: ul' sacrilegio pfeuerante  
pētoz ablutiōe non sinebat fieri. Ex quo inferē q̄ si aliq3 ac-  
cedat ad baptismū fictē recipit characterē: s3 non gr̄az: sic i. c.  
quēadmodū. xxij. q. vij. vbi dicit q̄ fict⁹ recipit characterē:  
s3 non vtilitatē: z ita recedēte fictiōe cōsequitur quis salutē aīe  
q̄ tūc sacramētuz opatur iūū effectū: Et ita erit de illo qui fictē  
accedit ad sacramētuz penitētie: qm̄ recedēte fictiōe: sacramen-  
tuz opatur suū propriū effectū. s. adueniēte vera cōtritiōe: que  
ē quidā dolor volūtariē sūptus cum pposito cōfiteñdi z satisfā-  
ciēdi. Et faci⁹ tho. j. ij. q. v. ad. vij. dicit: q̄ pueris baptizatis  
subuenit meritū xp̄i ad britudinē cōsequēdaz qd nota.

Ed pro indulgētijs sciēduz q̄ tātuz valent quantuz so-  
nāt: dum tñ ex pte cōcedētis sit auctoritas: q̄ pertinet ad  
clauē ptātis: z cause pietas. i. q̄ fiāt ad honorē uel vtilitatem  
ecclic: qd ptinet ad clauē discretiōis seu scie sic tho. iij. scū. di.  
.xx. S3 pro ista materia vide etiā tho. suis quotlibet: quotlibet  
.ij. ar. xvj. ad. ij. vbi dicit q̄ ad hoc q̄ indulgētia alicui valeat  
i. j.

tria requiruntur. Primo causa ptinens ad honores dei/uel ad  
necessitates/aut vtilitatē ecclesie. Secūdo auctoritas i eo qui fa-  
cit. Papa enī potest pncipalit. Alij vero in q̄ntum habēt ab  
eo ⁊ recipiūt potestātē n̄ ordinariā uel cōmissam seu delegatā.  
Tertio requiritur q̄ sit in statu charitatis ille qui indulgētiam  
percipere vult: ⁊ hec tria designant in littera papali. Nā cau-  
sa cōueniēs designat in hoc qd̄ pmittitur de subsidio terre san-  
cte. Auctoritas vero in hoc qd̄ fit mētio de auctoritate ap̄toꝝ pe-  
tri ⁊ pauli ⁊ ip̄ius pape. Charitas aut̄ recipiētis in hoc qd̄ dicit̄  
tur oibus vere penitētibus ⁊ cōfessis: nō dicit ⁊ satisfaciētibus  
eo q̄ ibi intelligit̄ ⁊ etiā q̄ indulgētia non excusat a cōtritione  
⁊ cōfessione: s̄ cedit in locū satisfaciōis. Pro quo nota q̄ dies  
qui dicuntur indulgētiarū: dicuntur ⁊ assignantur pro illis diebus  
quibus homines obligantur agere penitētiaz: s̄m canones an-  
tiquos qui dicit̄ q̄ pro quocūq; peccō mortali iniungebat̄ sep-  
tēnis penitētia olim: S̄ hodie sūt arbitrarie soluz super eo qd̄  
debet deo: non aut̄ super eo qd̄ debet p̄mo: quoniam si Pe-  
trus debet cētum: debet redere cētū ⁊ non minus ut dictū est.  
Et de indulgētiaz etiā tho. in. iiii. di. xx. Sed nota q̄ quando  
aliqui olim dixerūt: q̄ peccata q̄ sola volūtate cōmittuntur: so-  
la cōtritione delētur: iam cōdemnatū est per Sixtum. viij. bo-  
ne memorie ⁊ iunctim cū suis cardinalib⁹: ⁊ taliter q̄ hodie si  
aliquis de ista opinione loqueretur cum p̄posito resistendi: be-  
reticus cēsendus cēt: cum heresis sit deuiatio a fide cū p̄posito  
resistēdi. S̄ pro penis inferni vide diuī Gre. qui ait. Respi-  
ce q̄z anguste sūt vndiq; reprobis vie: nam superius erit iudex  
iratus. Subtus horrenduz chaos. A dextris: peccā accusātia.  
A sinistris infinita demonia: ad supplicia trabētia. Intus cō-  
sela vrens. Foris mūdus ardēs. Adifer peccōꝝ sic dep̄bensus q̄  
fugiet: latere erit impossibile: appere itolerabile. Si q̄ras q̄s  
te accusant. Dicendum q̄ totus mundus: Nā offēso crea-  
toꝝ: quelibet creatura odio habere perhibebit. Sic ergo pau-  
per erit in mobilibus. Pauper in cibis ⁊ potibus. Pauper  
etiā in vestimentis. Pauper etiā i amicis. Q̄nto aut̄ maior pa-  
ptas possit repiri: s̄ habebūt reprobi: ⁊ hoc ē qd̄ dicit iob. viij.



Ap̄b̄eōet q̄t aquā inopiā .i. tātū habebit quātū de aq̄ .i. multū  
 abūdas erit inopia sua. S; nō aug. de spū z asa qd̄ dicat. Cū  
 boies mortui siue viui boib; dormiētib; ul' vigilātib; appent  
 nō in ip̄is reb; ut sūt vidētur: s; in qbusdā similitudinib; reruz  
**I**stud; at̄ āgelicis opatiōib; fieri credim; p̄ dispositiōez potētie  
 dei bone veritatis bonis ul' malis s; inscrutabilē altitudinē in  
 dicioz suoz / siue hic instruātur mētes mortaliū: siue fallātur si  
 ue cōsolent siue terreat: sic vnicuiq; ul' p̄bēda ē mīsa ul' errogā  
 da iustitia ab eo cui mīsa; z iudiciū nō suamē decātat ecclia ibi.  
**S**i qd̄ez ē spūs defūctoz: ubi nō vidēt / nec audiūt q̄ agunt / a  
 ut eueniūt in istā vitā hoib;: Ita tātū cura ē eis de viuis q̄z q̄z  
 qd̄ agāt olo nesciūt. Quēadmodū nob; cura est de mortuis: q̄z  
 uis qd̄ agāt nescim;. **N**esciūt qd̄ mortui qd̄ hic agāt. S; dū  
 hic agit: postea audire p̄nt ab eis: qui hic moriēdo ad eos p̄gūt  
 nō qd̄ez oīa: s; quātūz p̄mittit eis indicare: z eos oportet audi  
 re. Scire ēt p̄nt ab āgelis: q̄ hic nob; p̄sto sūt: z aias n̄ras ad il  
 las deferūt. Spūs ēt reuelāte dei cognoscere p̄nt: q̄ hic agūtur:  
 q̄ necessariū ē eos noscere. Quidā etiā ex mortuis ad viuos ra  
 pi p̄nt: nō p̄ p̄riā naturā: s; per diuinā potētiā. **A**trū tū ista  
 fiāt per eoz p̄sentia / an per āgelos suscipiētes eoz p̄sonā: affir  
 mare nō audeo. **D**e' enī oīpotēs qui ē vbic; p̄tes per āgelica  
 ministeria vbic; q; diffusa p̄t ista hoib; p̄bere solatia: qbus in  
 b; vite mīsa; indicat eē p̄bēda s; vide q̄ opa facta extra chari  
 tatē valēt ad tria .i. ad bona t̄pora lia z ad dispositiōez gr̄e .i. q̄  
 citi; trabātur ad p̄niam: z ad exercitiū bonoz opuz: z ad dimi  
 nutiōez pene eterne. **P**ro q̄ vide. ca. cū marte de cele. mī. et.  
 .c. **A**ie defūctoz: z .c. t̄cp̄. xiiij. q. ij. z magistrū sen. z tho. iij.  
 di. xv. **E**t in ps. lxxvij. dicit spūs vadēs z nō rediēs. **V**adēs .i.  
 in p̄ctm̄. **E**t nō rediēs .i. p̄ se ip̄m. sic tho. iij. pte. q. lxx. ad. j.  
**I**tē apoca. xiiij. dicit. **O**pa enī illoz sequūtur illos. **E**t tho. iij  
 pte. q. lxx. ad. ij. i. solu. j. ar. iducit dam acenū z dicit q̄ i finali iu  
 dicio retributio eterne gr̄ie ul' eterne mīsie erit vnicuiq; s; qd̄  
 l corpore gessit: **I**nteri at̄ inuari p̄nt viuo; suffragijs nota eti  
 am q̄ math. vij. dicitur. **E**x fructu enī suo arbor cognoscat.

¶ **E**d nūc orit̄ q̄stio pro dictis z dicendis utrū suffragia  
profint existētib⁹ in inferno z cōmissis argumētis: san-  
ctus tho. iij. parte. q. lxxj. ad. v. dicit: q̄ circa dāna-  
tos fuit duplex opinio. Quidā dixerūt. In hoc distinguendum  
esse dupliciter. Uno modo quātuz ad tēpus. Dicētes q̄ post  
diem iudicij nullus in inferno existēs aliquo suffragio iuuat sed  
antē diē iudicij aliqui iuuātur suffragijs ecclie. Alio modo di-  
stinguebāt quātuz ad psonas in inferno detētas inter quos ali-  
quos dicebāt esse valde malos: qui. s. sine fide z sacramētis de-  
cesserūt: z talib⁹ qz de ecclia nō fuerunt nec merito nec numero  
suffragia ecclie prodesse nō pnt. Alij vero sūt nō valde mali:  
qui. s. ecclia fuerūt numero z fidē habētes z sacramētis abluti  
z aliqua opa de genere bonoz facientes: z talib⁹ suffragia ecclie  
prodesse debēt: Sz occurrebat eis q̄daz dubitatio eos pturbās  
qz. s. videbāt ex hoc sequi: cū pena inferni sit finita fm intēssio-  
nem q̄zuis duratiōe infinita existat: q̄ multiplicatis suffragijs  
pena illa totaliter inferret: qd ē error origenis. Et iō hoc incō-  
ueniēs euadere multiplici voluerūt. Propositiuis enī dicit  
q̄ tantū pnt suffragia pro dānatis multiplicari: q̄ a tota pena  
redātur immunes: nō quidē simpliciter ut origenes posuit sed  
ad tēpus. s. usqz ad diē iudicij: tūc enī aie iterato cor: porib⁹ cō-  
functē in penas inferni sine spe venie detrudētur. Sz ista opi-  
nio videtur diuine. puidētie repugnare: q̄ nichil in rebus in-  
ordinatū relinquit. Culpa at̄ nō pōt ordinari nisi per penam.  
Unde nō pōt esse ut pena tollat̄: nisi p̄us culpa expiet̄: z iō cū  
culpa cōtinue maneat in dānatis: eoz pena nullaten⁹ interrū-  
petur. Et iō porretani aliū modū inuenerūt dicētes q̄ hoc nō  
pcedit in diminutionē penarū per suffragia sic procedit in di-  
uisione linearū q̄cūqz sint finite: t̄m in infinitū diuidi pnt z nun-  
qz per diuisionē sumūtur dū sit subtractio: nō scdm eādez quā-  
titatē: sz fm eādē p̄portionē. Velut si p̄mo auferat̄ pars quā-  
ta totius. Rescūdo pars quarta illi⁹ quarte: z sic deinceps in  
infinitū. Et similiter dicūt q̄ per p̄mū suffragiū dimiuit̄ ali-  
quota pars pene: Et per fm pars aliqua remanētis fm eam



dez portioes. Sz iste modus multipliciter defectiu<sup>s</sup> e. Pri-  
 mo qz infinita diuisio q̄ cōgruit cōtinue quātitati: nō videt pos-  
 se ad quātitatē spūalem transferri. Scōdo qz nō est aliqua ratio  
 quare sz suffragiū minus de pena diminuat: q̄z premiū si sit e-  
 qualis valoris. Tertio qz pena diminui nō pōt: nisi d: minuat  
 culpa sic nec auferri nisi ea ablata. Quarto qz in diuisione li-  
 nee tandē peruenitur ad hoc: qd nō est sc̄ibile corp<sup>o</sup>. Corp<sup>o</sup> enī  
 sensibile nō est in ifinitū diuisibile: z sic seq̄retur qz p<sup>o</sup> multa suf-  
 fragia pena remanēs ppter suā puitatē nō sentiret z nō eēt pe-  
 na: z iō alij alhū inuenerūt modū. Casidio: c̄is enī dixit qz suf-  
 fragia profūt dānatis: nō quidez fin diminutiōez pene ul<sup>t</sup> per  
 interruptiōez: sz per cōfortatiōez patientis. Sic si hō portaret  
 graue onus z faciē suā profūderet aqua sic ei cōfortaret ad me-  
 lius portādūz: cū tñ onus suū in nullo leui<sup>o</sup> fieret. Sz hoc ite-  
 rū esse nō pōt: qz aliquis plus uel minus eterno igne grauatur  
 ut Gre. dicit fin meritū culpe: Et inde est qz eodē genere qui  
 dā plus quidā minus cruciātur. An cum culpa dānati limita-  
 ta remaneat: nō pōt esse qz leuius penā ferat. Est z nichilomin-  
 nus predicta opinio presūptuosa: ut pote scōz dictis cōtraria et  
 varia: nulla auctoritate fulcita. Est z nichilominus irōnalis:  
 tum qz dānati in iferno sunt extra vinculū cbaritatis fm quaz  
 opa vīnoz cōtinuātur defūctis: Tum qz totaliter ad vie termi-  
 nus puenērūt recipiētes vltimā pro meritis retributiōez: sic et  
 sancti qui sunt in patria. Qd enī ad huc restat de pena ul<sup>t</sup> glia  
 cozporis: hoc rōnem viatoris nō prebet: cū glia essentialit<sup>r</sup> z ra-  
 dicaliter cōsistat in ala: z similiter miseria dānatoz: iō non pōt  
 coz pena diminui: sic nec glia sc̄toz augeri quātūz ad p̄mū es-  
 sentiale. Sz tñ modus qui a quibusdā ponitur qz suffragia p-  
 sunt dānatis: possēt aliquo modo sustineri: ut si dicat qz nō pro-  
 sūt nec quātūz ad diminutiōez pene ul<sup>t</sup> interruptiōez ul<sup>t</sup> quātūz  
 ad diminutiōez sensus pene: sz qz ex h<sup>o</sup> suffragijs eis aliqua  
 materia doloris subtrahit q̄ eis esse possēt si ita se abiecerōs cōs-  
 picerēt qz pro eis nullā curā hērent: q̄ materia doloris eis sub-  
 trahit: dū suffragia pro eis sūt. Sz illud etiā nō pōt esse sz le-

gem cōmunē q̄ ut aug. dicit in. li. de cura agēda pro mortuis  
q̄ p̄cipue de dānatis ē verū. Ibi sūt spūs defūctor̄: ubi nō vi-  
det̄ q̄cūq; agūtur / aut eueniūt in istā vitā boib⁹: z ita nō cogno-  
scūt q̄n̄ pro eis suffragia fiūt: nisi sup̄ cōmunē legē hoc remediū  
diuinit⁹ det̄ aliqb⁹ dānator̄: qd̄ ē verbū oīo incertū. Quā tut⁹ ē  
simplicit̄ dicere q̄ suffragia nō p̄sūt dānatis / nec pro eis eccl̄ia  
orare intēdit sic ex iudicis auctoritatib⁹ appet̄ t̄bo. vbi sup̄. Et  
.iij. pte. q. lxxj. ad. vj. dicit q̄ pena purgatorij ē in suplemētū  
satisfactiōis q̄ nō fuerāt plene in corpore cōsumata: z iō sic ex di-  
ctis p̄z: opa viui p̄nt valere alteri ad satisfactiōez siue viui⁹ siue  
mortui⁹: nō ē dubiū quin suffragia per viuos facta existētib⁹ in  
purgatorio p̄sūt. Et gre⁹ dicit in. iij. dialogoz. Curatio fūne-  
ris cōditio sepulture: p̄p̄a crequiaruz magis sūt viuoz solatia

Et sepulchris

Ca. xj.

q̄z subsidiū defūctor̄:

nō q̄ sepultura adiuēta ē z p̄t̄ viuos z p̄pter mortuos.

Propt̄ viuos quidez ne eoz oculi ex t̄n̄pitudine cadauerum  
offēdant: z corpora fetozib⁹ inficiātur z hoc q̄z t̄li ad corp⁹. S̄z  
sp̄ialit̄ ēt p̄dit̄ viuis i q̄z t̄ū p̄ hoc astruit̄ resurrectiōis fides S̄z  
mortuis p̄sūt ad hoc q̄ inspiciētes sepulchra memoriā retinēt  
defūctor̄ z p̄ defūctis orāt. vñ z monumētuz dicit̄ q̄ mouens  
mētēz ut dicit aug. in. l. de ciuitate dei z i. li. de cura agēda p̄  
mortuis. paganoz t̄n̄ error fuit q̄ ad hoc sepultura mortuo p̄-  
sūt ut ei⁹ aīa q̄etē accipiat nō ei credebāt alas p̄ q̄etē posse acci-  
pe q̄z corp⁹ sepulture daret̄ qd̄ oīo redic̄m ē z absurdū t̄bo. in  
additiōib⁹. lxxj. q. ad. r. S̄z in hac. q. ad. xiiij. dicit q̄ damace-  
nus dicit q̄ si aliq̄ suffragia fiāt pro aliqb⁹ q̄bz nō indigeāt q̄  
tūc dispēssātur talia suffragia his p̄ q̄bz nō fiūt si eis idigeāt.  
Cum verba sūt. d̄s tāq; iust⁹ cometic̄ iporēt̄ possibilitatē tā-  
q̄z suscipiēs defectū z mutatiōez negociabit̄. Que q̄dez nego-  
ciatio attēdit si id qd̄ deest vni alteri suppleat. S̄z pro cōclusi-  
one sup̄dictoz cātat eccl̄ia q̄ in inferno nulla ē redēptio.

T̄ q̄z dixim⁹ aliqd̄ de sepulchra restat nō i merito aliqd̄ de  
aqua b̄ndicta videre. pro quo nota q̄ aqua b̄ndicta nō  
lūstificat simpliciter nec ad hoc instituta ē s̄z ad fugādū demones  
pl̄tēptatiōes demonū in remediū inimicoz z pctoz venialū ē



sic Jo. de anzo. li. iij. sen. q̄ in principio. Sz nō q̄ dicitur ecle.  
 .xxij. Audite me magnati. Et oēs populi z rectores ecclesie: a  
 urib⁹ percipite. Filio z mulieri. Fratri z amico: nō des ptatez  
 sup te in vita tua: Et nō dederis ali possessionē tuā: ne forte pe  
 niteat te: z deperis pro illis dū adhuc supes z aspiras. Non  
 mutabit te oīs caro. Melius ē ei ut filij te rogēt: q̄z te respice  
 re in man⁹ filioꝝ tuoz. In oib⁹ opib⁹ tuis p̄celēs esto. Ne de  
 deris maculā in ḡtiāz tuā. In die cōfirmatiōis dierū vite tue.  
 Et i tēpore erit⁹ tui: distribue hereditatē tuā. Libaria z virga  
 z onus asino. Panis z disciplina z op⁹: fno. Sz nota spluz  
 ad cor. iij. Cuius verba sūt. Si quis at supedificat sup funda  
 mētuz aurū. argētū z lapides p̄ciosos. glo. ille qui edificat ista  
 fr̄ia cogitat: q̄ dei sūt quō placeat deo. Sz alius edificat super  
 fundamētuz lignū. fenū z stipulā: qui cogitat q̄ mūdi sūt: quō  
 placeat mūdo. Sz ut apti⁹ dicā ille qui circa diuitias suas q̄  
 daz carnali tenēt affectu: z tñ ex eis multas elemosynas facit/  
 nec tñ ad eas agendas aliqd fraudis ul rapine mollit qui h⁹ i.  
 edificia secū nō portauerit ignē trāstorie tribulatiōis venialia  
 cōcremātez. Et ille ignis erit grauior: q̄z quicqd hō pati pōt ē  
 hac vita. Sz nota q̄ per stipulam inteligim⁹ minima venia  
 lia. Per fenū grauiora. Per lignū grauissima sic m̄ sen. di.  
 .xxj. in. ca. in illo at igne z c. Et ro. j. d̄ in die iudicij: cū iudic  
 cauerit dñs: testimoniū vnicuiqz sua conscia redet. Et nō quō  
 ber. distiguit tria ḡna martinū. s. volūate nō necessitate ut Jo  
 ānes. Volūate z necessitate ut stephan⁹. Necessitate z nō vo  
 lūate: ut innocētes sic tho. iij. pte. q. xvj. ad sextū. Et ecle. iij  
 d̄. Tēp⁹ tacēdi z tēpus loquēdi. Ecle. jr. Hō tacebit usqz ad  
 tēpus. Vacuus aut z impudēs: nō suabit tēp⁹. Et iacobi. s.  
 z prouē. j. dicif. Sit aut oīs hō velox ad audiēduz z tard⁹ ad  
 loquēduz z tard⁹ ad irā. Sz iere. iij. z de vtero. r. Circūdimi  
 dñō z aufferre p̄putia cordiū v̄roz viri iuda z hitatores hie  
 rusalē. Et qz q̄nqz dicif. Adoralit loquēdo: nō l merito q̄rū vtrū  
 q̄z l̄ra tā ve. q̄z no. testamēti possit h̄e. iij. sc̄p̄ cū d̄ i. li. d̄ vte.  
 Sūueneris nidū z c. Et vtrū l̄ra noui testa. possit h̄e hos. iij  
 i. iij.

ad p̄mū dicēdūz q̄ nō. **U**n nota q̄ nō q̄libet littera q̄ docet q̄li-  
ter debemus viuere p̄t exponi moraliter: iō dico q̄ q̄n littera  
expresse loquit̄ de viuēdo moralī: nō p̄t exponi moralit̄. i. spi-  
ritualī: s̄z talis littera exponēda ē literalit̄ z anagogice. **A**d. ij  
dicēdūz sic z vniuersalit̄. **Q**uicquid ē scriptū de corpore x̄pi ūo  
q̄d p̄t ap̄ propriari ad corp̄ x̄pi mixticū: z ē sens⁹ alegoricus:  
nā nō solū alegoria ē assumēda: s̄z q̄ aliqd̄ antiqui testamēti si-  
gnificat aliquid noni. **P**ro q̄ nota q̄ sensus moralis instruit  
ad agēda. **L**itteralis p̄ponit credēda. **A**legoricus confirmat  
nos in credēdis ad tradita in nouo testamēto. **A**nagogic⁹ va-  
let ad inflamādūz affectū. **E**t quo p̄z q̄ tres sens⁹ sūt vtiliores  
ad p̄dicādūz. **A**legoricus ūo ad disputādū. **P**ro q̄ nota q̄ sen-  
s⁹ alegoric⁹. moral⁹ z anagogic⁹: dicūt̄ sp̄uales: q̄ nō imēdiate  
cōtinēt id q̄d significat: uel id ad q̄d p̄o: dinātur. **L**itteralis ūo  
dicīt̄ corporalī: etiā si de deo loquat̄: q̄ iste corporalī cōtinēt id  
de q̄ loquit̄. **I**tē nō q̄ illi tres p̄mi dicūt̄ur mixtici: q̄ mysteriū  
cōtinēt. **F**requēter t̄n sol⁹ alegoric⁹ dī mixtic⁹ tho. j. ij. **N**ō etiā  
q̄ tho. j. ij. q. c. ad. vj. dicit q̄ de⁹ ē p̄ncipiū vniūsalē eēndi oī-  
bus rebus: **I**bi etiā dicit q̄ ex iudicio lex punit. **N**ō at̄ qui est  
legislator humane legis nō hēt iudicare: nisi d̄ exteriorib⁹ acti-  
b⁹. **S**ic p̄ reg. xvj. **M**oies iudicat̄ h̄ ea q̄ apparēt: d̄s aut̄ ituef̄  
cor. **P**ro q̄ nō q̄ ut cato dicebat. **C**ū sis mortalī q̄ sūt mortalia  
cura. **E**t alibi dicīt̄. **R**ecordare nouissima tua z forte i eter nū  
nō p̄ccabis. **E**t sic vide quid p̄bi. j. dicīt̄. s. q̄ materia. j. sem-  
per machinatur ad malū: eo q̄ q̄n nascit̄ bō: cū eo nascit̄ idispo-  
sitio causās mortē. **E**t sic dicebāt̄ platonici q̄ materia. j. dicīt̄  
fraus latēs in tenebris. **F**raus q̄dez: q̄ nos decipit. **C**redim⁹  
enī cū recipit formā: q̄ debeat sub se gescere: cū t̄n frequēter de  
vna in aliā trāsmutēf̄. **E**t ob hoc etiā dicta est varietatū mater-  
iatēs in tenebris dī: q̄ sic latēs in tenebris nō cognoscit̄ nisi  
cū difficultate: sic z materia p̄ma: x̄pi q̄d ē vltima in cognitiōe:  
nā p̄mo a nob̄ accidētia cognoscūtur: z deinde forma s̄balis: et  
s̄ba cōposita. **A**ltimo nō materia: z sic tho. suis q̄libet: q̄libet  
j. ar. iij. ad. iij. dicit. **A**dors ei violēta accidit ex hoc q̄ nocu-  
mēto illato natura cedit. **E**t q̄diu natura resistere p̄t: tandū



mors retardat. Et leui. xj. dī. Vestē q̄ ex duob⁹ testa ē nō in-  
 dneris: qd̄ iducit tbo. j. ij. q. c. j. ad. j. Et itē. q. c. ij. ad. iij. dī  
 q̄ v̄ga erat in archa testamēti q̄ ē porta sacerdotat: qz x̄ps ē sa-  
 cerdos eternū. Erāt etiā ibi tabule testamēti: ad designādus  
 q̄ ip̄e x̄ps ē legissator. Ip̄e etiā x̄ps designat per cādelabū: qz  
 ip̄e dicit. Ego sū lux mūdi. Et numer. xj. dī. Vas qd̄ nō ha-  
 buerit coopculū z ligaturā desup̄ infidus erit. Ex qua aucto-  
 ritate elicit q̄ sacerdotes cōfessiones audicētes debēt celare si-  
 bi dicta in cōfessioe. Et aug. dicit in qdā s̄mone. Illud qd̄ per  
 cōfessionē scio: min⁹ scio q̄z illud qd̄ nescio. Et m̄r s̄maruz. iij.  
 di. xvij. dicit q̄ sigillū ē duplex. s. sigillū secreti z sigillū cōfessio-  
 nis. Sigillū secreti: spectat ad laicū. S; sigillū cōfessiois ad  
 sacerdotē. Et ē sigillū cōfessiois debitū celādi sibi dicta in cōse-  
 sione. Et p̄ aptiori declaratiōe vide. c. ois vtriusq; sex⁹ de pe.  
 Da qd̄ dī s̄a petri. ij. Adeli⁹ ē viā dñi - z re. c. xx.  
 nō cognoscere: q̄z p⁹ cognitiōez retro cōiūti. Pro q̄ si a-  
 liqs q̄rat utrū magis peccet fidel⁹ q̄z infidelis in eodē ḡne pcti:  
 alijs circūstātis parib⁹. Et puabit q̄ fidelis: qm̄ pl⁹ cōmissū  
 ē ei: z cui pl⁹ cōmissū ē: pl⁹ ab eo erigit. S; fidelis pl⁹ cōmissus  
 ē igit̄ zc̄. Itē fidelis cadit a maiori bono z magis ledit: z nō le-  
 dit nisi a pctō in q̄stū pctm̄: ḡ magis peccat fidelis. Itē fidelis  
 fortiora bēt arma: qb⁹ possit se dcfedere: ḡ magis ē fidelis in-  
 putādū si succubat s; hoc cōcedit: ḡ infidelis min⁹ peccat: ḡ ali-  
 qua circūstātia minuit pctm̄ z nō nisi infidelitas: ḡ de dolo in-  
 fidelitatis repositat lucrū. Itē falsus xp̄ian⁹ dī equus palid⁹  
 in apoca. Verus xp̄ian⁹ equ⁹ albu⁹. Infidelis equ⁹ niger. Cō-  
 stat at̄ q̄ palor ē medius int̄ albedinē z nigredinē: ḡ falsus xp̄i-  
 anus medio mō se bēt int̄ verū xp̄ianū z infidelē: ḡ ē min⁹ pec-  
 cator: q̄z infidelis: ḡ nō semp magis peccat in eodē ḡne peccati.  
 Dicēdū q̄ reuera fidelis magis peccat i eodē ḡne pcti q̄z infi-  
 delis alijs circūstātis pib⁹: p̄ dictas causas. Nec valet hec  
 argumētatio. Infidelis minus peccat: ḡ aliqd̄ diminuit in eo  
 pctm̄ infidelitatis. S; estm̄ addere ut aliqd̄ in alio augmētāt  
 pctm̄: sic ille qui bēt mediocrē sciaz: min⁹ peccat eodē ḡne pec-  
 catis: q̄z qui bēt excelētiōrē sciam: tñ nichil diminuit in eo pctm̄

simplicit. Et ad illud de armis dicēdū q̄ d̄z addit̄ maiorē h̄c  
industriā utēdi armis z c̄. z sic his v̄sis facilis ē r̄issio ad illud  
q̄d dicit auctoritas sup̄posita s̄a petri. ij. **Meli⁹** ē viā d̄ni non  
cognoscere q̄z p̄ cognitionē retro cōverti. Et. j. ij. q. c. ij. ad. v  
dicit q̄ p̄ceptū fuit q̄ sacerdotes nō h̄erent maculā n̄ defectū  
corporalē: q̄ b̄ i boves solēt apud alios in cōceptū h̄i sic in de  
cretis. di. r̄lxr. in. ca. h̄inc enīz. Et. j. se. q. lxxr. ad. iij. dicit.  
**Deus** p̄mittit aliq̄s cadere in pctō mortali ut ip̄i cognocentes  
pctm̄ suū humiliētur z cōvertātur. Sz tu qui op̄az das studio  
nota auctoritatē luc. ij. vbi dicit. **Trāseam⁹** usq̄z betblez. glo.  
moralis loquēdo. i. parisi⁹ n̄ salmāticā ut tibi pane celestis do-  
ctrine reficiamur z postea reuertamur ad. pp̄ia: ut oves n̄re re  
ficiātur pane quē dicitis vniuersitatib⁹ eming multo t̄pe z mt  
to labore: Sic colūba q̄ emissa ab archa redijt ad archā portāz  
in ore ramū oliue virētes **En. viij.** Sz multi cōparātur coruo  
Sz de vte. xxij. dicit. **Vial** q̄ ruminat z vngulā findit: m̄dū  
ē significatiōe: q̄ f̄sio vngule significat distinctiōez duoz te-  
stamētōz /uel p̄is z filij n̄l duarū naturarū in t̄po /uel distin-  
ctiōez boni z mali. Et tho. j. ij. q. lxxr. ad. v. i corpore dicit.  
**Nā** z infidelij pctā magis merētur veniā prop̄ ignorātiā s̄z  
illud. j. ad thi. p̄. **Adiaz** dei cōsequit⁹ s̄r: q̄ ignorās feci in in-  
credulitate mea. Et pctā fidelij aggranātur: pp̄ gr̄e sacramē  
ta s̄m illud hebre. x. **Quanto** magis putatis deteriora mereri  
supplicia: qui s̄guinē testamēti in q̄ fetificat⁹ ē polutū duxerit.

Ed nota tho. j. ij. q. c. ad. v. vbi dicit **Ca. xxj.**

q̄ hilarius dicit q̄ in p̄ceptis ē iustitia: Sz in mādatis  
charitas. **Dū** talia p̄cepta a mādatis distiguūt: ut q̄ p̄cepta di-  
cūtur: q̄ d̄s per se iussit. mādata aut̄: q̄ per alios. Et math. xvij  
d̄z. **Si** habuissetis fidē sic granū sinapis possētis dicere huic  
mōti transi huc z transibit. z sic fides ē s̄z aplūm substantia re-  
rum sperādaram argumētum non apparentium. Et charitas  
est radix z principiū merēdi: q̄ fides informis mereri nō potest  
Et si infideles operētur aliqua de genere bonoz: nō tamē p̄sūt  
mereri aliquid ad meritū vite eterne: cum opera talium sint ex



tra nidū eccle. Sz si infideles opentur aliqua de genere bono  
rū poterūt eis prodesse saltz quo ad tria. s. quo ad bona tpora-  
lia z ad dispositiōez gfe z ad diminutiōem pene etne. Et Jo.  
chrisosto. dicit q virtus hoīs ē cognoscere deū: z agere multa  
bona circa p̄mos: z est proxim⁹ ut dictū ē qui ē proxim⁹ oī bo-  
mini. Et ioan. chri. dicit in. li. qui intitulat. Nemo ledit nisi  
a se ipō in. ca. xiiij. qd incipit. Vides qm̄ qui intē? ē z vigilat  
meminitqz sui: nō solū ab hoīb⁹ non pōt ledi: sz etiā iminētē  
celitus irā repellit. Qui vero semetipm̄ prodijt ac ledit: etiā  
si mille extrinsecus beneficijs diuinis fulciat: non ei sufficit ad  
salutē: qz nec indeis tāta mirabilia q̄ in eos collata sūt pro fue-  
rūt qd nota z in corde tuo scribe. *Ca. xxij.*

Equitur declaratio quarte q̄ clericis debet scdm̄ in-  
f ra canonica: propter quā quōqz oriūtur lites inter cle-  
ricos et religiosos: sz nō circa vctiōdos pauperes qd  
non deberent facere qm̄ vidētur cupidi. Pro quo vide decla-  
rationē sequētē dicte quarte. s. ad hoc qz f̄res p̄dicatores z mi-  
nores teneātur reddere quartā de oībus ouētiōib⁹ z funerals  
bus siue proueniētibus siue cōiungētib⁹ rōne alicuius defū-  
cti in suis monasterijs per eiusdē electiōez sepulture sūm teno-  
rem cōstitutiōis clemētine quinte de sepul. dudū in qua clemē-  
tina dicit qz tria requirūtur copulatiue. Primo quid sit reli-  
ctū. datū n̄ donatū ab ipō qui elegit sepulturā apud eos i mor-  
te ul̄ in mortis articulo ul̄ in infirmitate ipius relinquētis dātis  
ul̄ donātis de qua decessit ut p̄z in textu. Et sic p̄z qz si ille q̄ ele-  
git sepeliri apud p̄dictos f̄res ordinauit ul̄ legauit aliq̄ p̄dictis  
f̄rib⁹: decretalis hēt locū z p̄dicta cōstitutiō de oībus ouētiōi-  
b⁹ z ceteris. Et si talis defūct⁹ nō ordinauit illa: nō debet q̄rta  
extra de sepulturis. ca. j. in textu z glo. z in. c. sz de his: z in. c.  
cū sup: z in. c. in n̄ra p̄sentia. Hoc etiā p̄z in eadē decretali du-  
dū vbi dicit. Quibuscūqz z quōcūqz relictis: Ex quo sequit qz  
si aliqs apd p̄dictos f̄res eligat sepulturā q̄ decedat itestat⁹ ul̄  
ē talis cōditiōis qz nō possit testari sūm ius sz per se actiōnes  
aliqua denē ul̄ donētur p̄dictis fratrib⁹ nō debetur quarta  
Ex quo per eligentem apud eos non fuit relictum nec datum

ut donatū. Et lz de funeralib<sup>9</sup> debeat portio qm̄ ab ip̄o eligēte  
sepulturā sūt ordinata tñ nō extēdit ad. dccxx. z annūfariū z ā-  
nales fm̄ Jo. de lig. sup̄ eodē: z benrri. sup̄. c. p̄ de sepul. sed  
tñ extēdit ad diē sepulture. Et bene ē: qz funeralia dīcuntur  
rōne funeris: extra de sepul. in. c. liberū: Et sūt illa q̄ veniunt  
cū funere. Sic sūt illa q̄ aliquā rōne honoris alicui<sup>9</sup> p̄sōe portāt  
in feretro. s. panes z cādelas z alia h<sup>9</sup>i. P̄z ḡ q̄ si ista talia fu-  
neralia ab ip̄o defuncto nō ordinētur: s; arbitrio et volūtate sibi  
attinētū: portio nō debet fm̄ iura sup̄dicta sic P̄e. de tarā. in  
suo directorio. Et sup̄dictis etiā p̄z q̄ si aliquis eligēs sepulta-  
raz apud p̄dictos s̄es cōdens testamētus in sanitate uel infir-  
mitate: de qua nō decedat: de oib<sup>9</sup> q̄ in dicto testamēto relique-  
rit daret uel donaret: nō debet quarta testante littera: q̄ dicit de  
datis uel qualitercūqz donatis de qua decesserit. Scōm q̄ req-  
rit ē q̄ tale relictū datus uel donatū: sit rōne sepulture uel aīe ut  
p̄z per inno. sup̄. c. relatiū. extra de sepul. et hosti. c. ḡ. Et ē rō  
qm̄ si aliqz relinquat: def uel donec aliqbz ip̄oz s̄um uel alicui  
illoz: nō rōne sepulture: s; intuitu p̄sone. s. rōe cōsagnitatis  
uel affinitatis: uel cōfessōis seu alicui<sup>9</sup> beneficij uel s̄uitij recepti  
uel laboris: nō debet quarta: dñ tñ in fraude nō fiat: extra de te-  
stamētis i. c. iosep z in. c. requisiti z. c. ex pte de verborz signifi-  
host. in suma. Et p̄dictis ḡ videt q̄ de relictū uel legato p̄o mis-  
sis dicēdis seu trētanarijs: nō debet quarta: N<sup>9</sup> rō ē: qz tale: s;  
sit relictū: nō tñ relinq̄ rōe sepulture: s; rōe laboris z in recōpē-  
satiōe: qz dign<sup>9</sup> ē oparius mercede sua luc. x. Et in eadē decre-  
tali dudū. ḡ. viij. dī. Nec tale relictū ē s̄ribus i cōmuni: qd̄ dz  
esse fm̄ cle. ut infra patebit: qz ad hoc obsequiū exequēdum re-  
quiritur labor singularis: v; illoz qui ad hoc sūt ordinati: q̄ mi-  
nor est pars in cōntu. Et si obijciatur q̄ littera loquitur in-  
distincte q̄ etiam deducat quarta de illis de quib<sup>9</sup> non cōsue-  
uit uel nō debet de iure Respōsio dicēduz q̄ intelligitur de iure  
scripto s; non de iure naturali: z de illis q̄ datur seu donantur  
s̄pl̄ rōe sepul̄e ut sup̄ vīdū est: qz d̄ iure nafali vnusqzsqz tenet  
ad antidota. i. ad cōdignā recōpēsationez de labore uel b̄nficio  
recepto seu recipiēdo ut in p̄ce. decre. ij. di. v. ḡ. Et nec tale



relictū pōt dici datū nō donatū: q: donatio ē rei licite nullo iure cogēte mota liberalitate facta collatio. ff. cadē. l. j. §. donari. Itē q: sup̄dicrū est: q: nō debet quarta de relictis pro labore: sic ē p̄ missis dicendis: z dicit Hosti. q: nō pōt dicere sacerdos parochialis q: vult partē laboris sustinere: q: in casu testator elegit certas: p̄sonas q̄ hoc z alijs cōmittere nō possent extra de offi. dle. c. vlti. z. c. is q̄ d̄ p̄cu. li. vj. q: al. nō exēq̄retur voluntas testatoris: q̄ pro lege ē suanda ut in autētica de heredi- bus: Cui etiā fieret p̄iudiciū: cū voluntas ei⁹ d̄ esse libera. L. d̄ sacro san. eccle. l. ij. Itē si testator legat s̄ribus. xxx. z eccleie sue nel curato. x. nō debet quarta de. xxx. S; de t̄ato inuncto d̄ extrahi quarta sic in ti. de sepul. c. j. z. c. cū super. Et ita ē con- clusio doctorū q: si aliquid relinquat curato ul' eccleie sue: z non vult cū illo esse cōtēt⁹ de portioe sua: illud d̄ cōiūgi cū relictis s̄ribus: z de toto solui quarta. Itē d̄ illis q̄ offerunt pro amicis ad missas defūcti q̄cunq; sunt: nō debet quarta: q: ista talia nō sūt: de bonis defūcti utiā dictū ē. S; semp ē standū ritui ul' cō- suetudi: q̄ potissima legū ē sic arif. ij. de re. pub. c. x. q̄ in fine: vbi dicit. Nā lex nullā vim hēt: quo sibi stetur nisi ex more.

**T**rū parochiani diebus diuicis ul' festiuis: possint di-  
**v** mittere p̄riam parochiā p̄ verbū dei. Et vtrū ep̄i de dioec̄sib⁹ possint cōpellere parochianos per s̄nias excoicatiois ut dimissa auditiōe verbi dei q̄d cōiter p̄dicatur in monasterijs z dieb⁹ festiuis ut audiāt missas p̄mā in suis pa- rochijs. Et alicui videret q: nō pōt: q: sentētia excoicatio- nis nō d̄ nec pōt infligi: nisi pro p̄ccō mortali z cōtumacia: sic in. c. nemo ep̄oz. xj. q. iij. z t̄bo. iij. sen. di. xvij. S; sic ē q: au- dire verbū dei: nō solū nō ē p̄ctm̄ mortale: s; est potiq; impletio p̄cepti diuini. igif z c. Itē si prelat⁹ iusserit facere q̄d a deo pro- hibitū ē n̄ p̄ceptū: ē dicēdū cōtra sic apl̄us ad Ga. j. dicebat. Si aut̄ angelus de celo euangelizauerit vob̄ preterq; q̄d nōs euāgelizamus vob̄: anathema sit. Et sic̄m Osti. §. jr. z qua- liter se. §. sui aut̄. v. z preter gāse. eodē. c. in. fine. Intollerabi- lis error dici pōt: quodlibet p̄ctm̄ mortale. Itē in plenisq; locis

dicif de hac mataria ut de sabbato scifacádo. **Chí Vere. xiiij.**  
dicif. **Verba mea sūt q̄ignis z males teres petras.** Itē ad co  
gnitidēz diuinam: notitia dei ē necessaria ut exo. xiiij. S; no  
titia nō pōt haberi nisi per sciaz acq̄isitā: salua tñ diuina ptā  
te absoluta scia. **Doc nō pōt nisi doceat.** Dicta scia nō pōt es  
se nisi audiat ut ait ap̄lus ro. x. **Fides ex auditu.** Audir? aut p  
verbū xp̄i: ḡ deficiēte causa. deficiet ei? effect?. extra d̄ pc. z re.  
**Cum infirmitas corporalis.** Itē nemo pōt precipe alicui ali  
quid qđ sit cōtra deū z salutē ale sue ar. xi. q. iij. Si aliq̄s qui  
preest: q: nec papa pōt dispēsare in preceptis Decalogi z doctri  
na enāgelica seu aplica ut habet. xv. q. j. Sūt quidā cum tri  
bus capitulis sequētib; igit zc. Itē preuilegiū cōcessuz s̄ribus  
per clemētez. v. de cōfiteōdo z p̄dicādo fuit cōcessuz s̄ribus in sa  
uorē aiaruz igit et c. S; pro declaratiōe sup̄dictoz ē notandū  
qđ dicit Jo. an. super. c. ut dñicis extra de parochijs vbi dicit  
q̄ p̄us sacerdos semp̄ presumit cōtempt9: nisi pochiāni habe  
ant licētiaz / ul' instaz causam ostēdant: qz cōtempt9 cōiter sem  
per ē pctm̄ mortale. Et sic videt q̄ dioecesan̄ iuste p̄nt excoica  
re: usquequo nota sit eis causa: p̄pter quā sibi subditos nō de  
bēt excoire. Est at̄ insuper ad vertēduz q̄ per clemētez. v. pre  
cipit̄ religiosis in virtute scē obediētie: z sub interminatiōe ma  
ledictiōis: ne retrahāt laycos a frequētatiōe eccliaruz suaruz:  
Et sic his visis per te poteris respōdere qđ nota.

Et pro sepultura ē sciēduz q̄ quōq; pōt cōsiderari ipsa  
t̄iba: z ista vēdi pōt: si nullus in ea sepult9 sit: alioquī  
loc9 fact9 ē religiosus: z vēdi nō pōt. ff. de reli. sub. fan. l. ij. z  
. iij. q. ij. quēsta. z. c. postq̄z. Dñq; cōsiderat̄ tm̄ pecunia: que  
deputāda ē ad vsuz sepulture: z hec vendi pōt. xij. q. ij. auct.  
sic in bar. in litera. s. Et ista sūt vera: qm̄ sepultura pōt cōfide  
rari duplicit̄ aut in quātuz ē anera rei sacre ul' res sacra ul' in q̄s  
tuz terra ul' lapis in se qm̄ si sic bene pōt vendi z emi qz vsus se  
pulture. Si tñ habeat respect9 ad sacri: nō pōt vendi nec emi  
sine symoniā ut p̄z per difinitidēz symonie. sup̄positā s; nō bar  
tolinā in. c. ordināduz in. §. xj: in littera. o. vbi dicit q̄ nec cu



pions nec auar<sup>9</sup> nō ē ordinād<sup>9</sup> p<sup>9</sup> duas rōnes. Prima qz cu  
 piditas ē radix oīuz maloz ut .j. thi. vj. extra de cōsti. Nā cō  
 cupiscētia z .xj. q. virū. Scda rō ē qz mēs ei<sup>9</sup> cupiditate extr  
 cta sup aurū z redit<sup>9</sup> cōputat z grat<sup>9</sup> ituet aurū qz solē .xj. di.  
 sūt bis. iij. q. v. accusatores Sz p multis dictis z dicēdis vide  
 bar. in. c. charitas in littera. c. vbi dicit. Si q<sup>9</sup>ra<sup>9</sup> si opa facta ex  
 tra charitatē psumt ut dictū ē. Et dicit q<sup>9</sup> fray. q<sup>9</sup> quis nō di  
 recte ad vitā eternā tñ valēt ad quīqz. Primo ad sustinēduz  
 iudiciū futurū tollerabili<sup>9</sup> de pe. di. iij. in. c. si quis aut. Scdo  
 ad tpo:alē pspicitatē de. pe. di. iij. in. c. cauēdi z in. c. nō li  
 bet. xij. q. ij. Tertio ut quis cit<sup>9</sup> illustret ad pñiam de pe. di.  
 v. in. c. falsas in fine. Quarto ad affucatiōez bonoz opum:  
 sic faciebat olim baptism<sup>9</sup> Joānis de cō. di. liij. in. c. nō rege  
 nerabant. Quinto valēt ad hoc q<sup>9</sup> diabolus nō hēt in co qui op  
 a<sup>9</sup> aliqua bona extra charitatē: tākz ptatē: quātā bēret si bona  
 opa nō faceret sic refert Bre. in dialogis de qdā iudeo qui mu  
 nierat se signo crucis z demones nō potuerūt ei nocere: cui di  
 xerūt. Ne tibi vas vaenū: s; beue signatū. Uñ versus. Illa re  
 uiuiscūt: q mortificata fuerūt. Aūe nō pñt q mortua nata sūt  
 sic tho. iij. di. xij. Et si supius sit dictū ad plenū de fructibus  
 beneficioz: tñ vide ray. qui dicit circa istā materiaz. s. an plati  
 sine clerici qui bona ecclesiarū cōsumūt in vāis illicitos sūt rap  
 tores. Rñdit ipse ray. z dicit q<sup>9</sup> clerici qui cōsāguinets parētib<sup>9</sup>  
 z dimitib<sup>9</sup> z meretricib<sup>9</sup>. s. strōib<sup>9</sup> z similib<sup>9</sup> bona ecclesiastica pa  
 upib<sup>9</sup> debita tribuūt: raptorez sūt: qm̄ qzqd hēt paupum ē. r  
 vj. q. j. c. si. z si forte cōtrariū faciāt: tenēt ad restitutionē ecclie  
 .xij. q. iij. glla epī: z sic peccāt nō solū qz paupib<sup>9</sup> subtrahūt: s;  
 ēt qz turpib<sup>9</sup> psonis cōferūt. lxxvj. di. q venatorib<sup>9</sup> z. c. dona  
 re. Pro quo vide tho. sa. fe. q. clxxxv. per totū. Sz videant  
 predicatorēz quō debēt petere licētia a suis supiorib<sup>9</sup> ad pōicā  
 duz verbū diuinū ut ait apłus ro. x. Quō pōicabūt nisi mittāt:  
 z sic pōicatorez videāt illa q dicit sapiēs eck. xvij. s. p<sup>9</sup> discē qz  
 loqris: Qu<sup>9</sup> discē. s. a mfo qz loqris. s. ūbū dñi pōicādo. Itē  
 .lu. j. nich. Qu<sup>9</sup> oportet senescere qz verbū dī assumere. z nō  
 quō xps nō pōicauit nisi i etate adulta. s. i etate. xxx. ānoz z obf

oēs predicatores cōsiderare illaz auctoritatem ⁊ si virtuosī sūt  
acti. Lepit iesus facere ⁊ docere. Prius dicit facere: qđ pō  
dera. Deinde sequitur docere. Pro qđ nota qđ oīs bona opa  
tio cōsistit in tribus. s. in substātia. virtute. ⁊ opatiōe ut ait ari.  
methau. iij. c. iij. vbi loquit de trib9 colorib9. Et nota qđ eccl.  
xviii. dicit. Qui vivit in eternū creavit oīa simul. Sz qđ supi9  
fuit tacta materia de opibus extra charitatē factis ad quid pro  
sunt. Et si opa facta in charitate p sequēs pctm mortificētur.  
Et vtrū per sequētes penitētiāz reuiviscāt.

Ro supradictis dic qđ opa facta in charitate trāsēūt a-  
ctu: remanēt tñ in acceptiōe diuina: Nā ip̄a s̄ se in deo  
accepta sūt: ⁊ sic talia per sequētē penitētiāz reuiviscūt. i. sortiū  
tur effectū: sublato impedimēto peccati per sacramētuz peni-  
tētie. Dicūtur enī mortificari. i. impediri in effectū per sequēs  
pctm: ita sublato impedimēto peccati: per hoc qđ sortiūtur esse  
ctū p̄stmi: dicūtur reminiscere: Nā abrosi9 dicebat qđ sacramē  
tuz p̄nie oēs defectus reducit ad p̄fectū. Sz nota qđ si aliquis  
fuit aliquo tpe obstinat9 in pctō: qui noluit cōfiteri semel in q̄-  
libet āno s̄m qđ iura p̄clamāt. s. capitulū. O is vtriusqz serus  
de pe. ⁊ re. ⁊ ibi plures ⁊ famosi doctores. Et mī sē. in. iij. di.  
xv. finalib9 verbis ⁊ ibi. tho. Et iste talis opetur aliqua d̄ ge  
nere bonoz extra charitatem. s. durāte dicta pertinacia: talia  
opa dicūtur mortua: ⁊ amplius viuere nō pnt. i. nob̄ prodesse  
s. ad meritū vite eterne. Bene aut̄ profūt quo ad tria. s. qđ ad  
bona tpo: alia: ⁊ ad dispositiōez gr̄e: ⁊ ad diminutionē pene ef  
ne siue ad mitigatiōez: de quib9 supius dictū ē. Pro quo dice  
bat aplus. j. cor. xiiij. O pa enī mortua prout nūc de his loqui  
mur: dicūtur qđ ex charitate qđ est vita aīe: nō procedūt opa vero  
extra charitatē facta: iterū redire nō pnt ut ex charitate proce  
dāt: qđ impossibile ē resurgere ⁊ vitā accipe. Dicēduz qđ ad pri  
mū qđ opa mortificata scđm se viua sūt: in q̄stū ex radice chari  
tatis p̄cesserūt dicūtur alit̄ s̄z quid mortificari. i. impediri per  
pctm subsequēs: ne effectū sortiātur in isto ul̄ in illo: ⁊ sic premi  
um meriti iuste pōt subtrahi p̄pter demeritū subsequēs. Non

*[Marginal notes in a smaller, cursive hand, partially illegible due to fading and overlap.]*

*[Small marginal note at the bottom right corner.]*



est aut sic de operibus simpliciter mortuis et sic in talibus charitas  
 superueniens non potest dari: ut ex ea procedat sicut ex principio: quia  
 in illa iterum reddere non potest: sic tho. iij. sen. di. xv. Ca. .xiiij.  
 Equit de oratione dominica de qua dicendum est eo quod dicitur  
 .f. est superius quod unusquisque debet petere in tanta oratione pro se.  
 Et pseuerater. Et ad salutem. Et sic per sciendum quod in ora-  
 tione dominica: per ponitur dei inuocatio: cum dicit. Pater noster qui es  
 in celis: quod secundum sapientiam humanam dicitur orationis errorum. Est autem  
 deus per omnium per creationem: Et in celis esse dicitur secundum opinionem  
 vulgi: uel quia ibi magis spiritualiter per quam alibi. Consequenter sub  
 iunguntur septem petitiones. Prima est: cum dicit. Sanctificet nomen  
 tuum. Secunda est cum dicit. Adueniat regnum tuum. i. regnum tuum ueniat  
 ad nos. .f. hic per gratiam: et in futuro per gloriam. Tercia petitio est  
 cum dicit fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. i. fiat obediencia  
 mandatorum tuorum in hominibus: sicut et in angelis. Quarta petitio  
 subiungit cum ait. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: quod de  
 pane sacramentali intelligitur: et nomine panis intelliguntur omnia  
 sacramenta. Et dicitur panis quidem quotidianus: quia quotidie percipi-  
 mus per sacerdotes: qui dicuntur manducare pro se et pro tota com-  
 munitate ut dicit nicholas: Quod si de pane materiali intelligatur:  
 nomine panis: intelliguntur omnia vitui necessaria. Consequenter  
 subiungitur quinta petitio cum dicit: Dimitte nobis debita nostra sicut  
 et nos dimittimus debitoribus nostris. i. dimitte nobis peccata nostra: sicut  
 et nos dimittimus peccata in nos commissa: Non enim loquitur hic de  
 debitis pecuniariis: sed de debitis officiarum. Ille quidem dicitur dimit-  
 tere debitoribus: qui offensores non excludit a regno dei et bonis  
 spiritualibus: nec querit vindictam: uel si querit: non zelo vindicte: sed ius-  
 titie tantum. Signa eius dilectionis inimicis ostendere non tenemur: nisi  
 forte illi veniam peterent sic misericordiam sen. et tho. li. iij. di. xxx. et contra tho.  
 .ij. .ij. q. lxxiiij. ar. viij. Sequitur. vij. petitio cum dicit. Et ne nos  
 inducas in temptationes. i. ne permittas nos vinci temptationibus  
 Temptari enim bonum est: sed est malum temptationibus vinci. Postre-  
 mo subiungit ultima petitio cum dicitur. Sed libera nos a malo. .f.  
 hic a peccato: et in futuro ab omni pena. Post hec subiungit illud

Amē qđ ē verbū octatiū. Est ei amē dictio hebraica: latine  
ita fiat. Petimus enī per hoc ita fieri per oīa sū qđ petiūm  
ē. i. s. ut femū laudet z honorificetur. Et ista oīo dñica ē excellē  
tissima oīo z deuotissima inter omēs oīones quas cātat ecclia:  
eo qđ dī oīo dñica. i. facta a dño: quā fecit z docuit xps redēptor  
nr̄ discipulos suos: tradēs eis modū orādī mat. vj. dicēt. Filio  
li mi cū oratis sic orabit. Pf̄ nr̄ qui ē in celis z c̄. z in hac oī  
ratione ut dictū ē cōtinētur. vij. petitiones: quarū tres cōueniūt  
ale: z alie quattuor corpori: qđ multū hōies deberemus memo  
rie cōmē dare: eo qđ in hac sacratissima oīone cōtinētur oīa sub  
brēnib⁹ catholicis necessaria: z sic deuotissima: qđ a dño nro ie  
su xpo plata. Sz magister. Jo. de beletb dicit qđ pf̄ nr̄ qui es  
in celis: vocatio ē nō petitiō. Sciēdū est qđ hec oīo dñica dī: qđ  
dñs nr̄ iesus xps. pp̄rio ore eā cōposuit: q̄zuis aliī legīt in mat.  
ut i lucha: Mā mathe⁹. vij. cōmemorat petitiōes. Luchas ve  
ro. v. tm̄. Querēdū ḡ ē nob quā intētionē dñs hāc oīonē cōpo  
suit: sic narrat luchas: xps rogat⁹ a discipulis eā cōposuit. Disci  
pli ei ei⁹: ut ip̄e dicit accesserūt ei z dixerūt. Dñe. doce nos ora  
re: Et iesus discipulos suos docuit. Ad mat. vero dicit qđ dñs nr̄  
iesus xps in mōre galiliee: quē quidā putāt fuisse taboz docuit  
discipulos suos mōta immortalitatis p̄cepta. Et inter cetera  
docuit: q̄modo orarare debuissēt apl̄i: quib⁹ dixit mat. vj. Cū  
oratis sic orabit. Pater nr̄ z c̄. Sciēdūz ē etiā qđ dñs: pf̄ nr̄  
est gratia: nō natura. Gr̄s ē pater noster: quia sola sua gratia  
nos redemit: z adoptiuos filios nos fecit. Sciēdūm est etiā qđ  
dñs docens discipulos suos nō ait. Luz oratis dicite pater me  
us: sed pater noster: Hoc ideo quia nō est vni⁹ hominis pater  
per gr̄ aiū: sed omniū recte credētū: qui ex vno baptisate sūt  
regenerati. Qui es in celis id est qui bitas in sanctis: nam per  
celos hoc in loco sancti designātur. Scificetur nomen tuum.  
Nunquid nomē domini nō est sanctus: certe ē. Quare ḡ dici  
m⁹ ut nomē dei scificet: nō rogam⁹ ut nomē dei qđ semp̄ ē san  
ctū ut scificet: Sed hoc ideo ut nomē dei: qđ in se z per se san  
ctū est: in nobis sit factus: Et ē sensus. Scificet nomē tuuz. i.



qđ in se z per se scđm ē: in nobis scđficari dignet: ut a te xpe xp̄ta  
 ni dicamur. Adueniat regnū tuū. i. ut te xpm̄ in oībus actibz  
 tuis sequi mereamur. **N**iquid nō semper regnat deus. **C**er  
 te regnat: qz scriptū ē. **R**egnū tuū dñe: regnū oīum scđozum.  
**Q**uare ḡrogamus ut rēgnuz eius veniat: nō rogamus ut ille  
 incipiat regnare qui semper regnat: s; ut regnū ita tuū in nob  
 adueniat. i. ut regnū eius mereamur possidere: z ille in nob re  
 gnare dignet: z nō regnet in nob diabolus / nec pctm̄ / aut au a  
 ricia / aut luxuria / aut superbia. **F**iat volūtas tua sic in celo z i  
 terra. i. sicut angeli faciūt z adimplēt volūtate tuā in celo sine  
 pctō tibi ministrantes z seruiētes: ita et nos mereamur facere  
 volūtatez tuā in terra. **P**anē nr̄m q̄tidianū da nobis hodie:  
 per panē quotidianū intelligit sermo diuinus z intellect⁹ facta  
 rū scripturarū: qui panis bene q̄tidianus dicit: qz quotidie est  
 nobis necessarius. **N**am sic morit corpus: nisi corporeo cibo  
 nutriat: ita moritur aīa nisi smone diuino. i. verbo dei pascha  
 tur. **E**t ē sensus. **P**anē nr̄m quotidianū da nobis hodie. i.  
 smonē diuinarū scripturarū z intellectū. **D**a nob hodie. i. dñi  
 in hac vita viuim⁹ z p̄sentes sumus. **N**az per hodie: p̄sēs vita  
 designat. **E**t dimitte nob debita nr̄a: sic z nos dimittim⁹ debi  
 torib⁹ nr̄is. i. peccātes in nos: hoc in loco q̄i spōssiones cū dño  
 facim⁹ z p̄camur ut dimittat nob debita nr̄a. i. pctā nr̄a: sic di  
 mittim⁹ illis qui i nob peccauerūt. **S**i at nos nō dimittim⁹ il  
 lis: rogam⁹ ut nec ille nob dimittat. **E**t ne nos iducas in tem  
 ptatiōez. **D**ue sūt tēptatiōes. **U**na dei. **A**ltera diaboli. **U**na  
 puatiōis. **A**ltera deceptiōis. **D**e⁹ ḡ tēptat: ut puer: iuxta illd  
**T**ēptauit d̄s abraham. **D**iabolus tēptat: ut decipiat z pdat.  
**D**uz ḡ dicim⁹. **E**t ne nos iducas in tēptatiōez: nō rogam⁹ ut  
 nō tēptemur: s; ne iducamur i tēptatiōez. i. ut nos nō pmittat  
 tātū a diabolo temptari: ut nr̄a fragilitas sustinere nō possit.  
**P**o: q̄ dicebat paul⁹. i. cor. i. **F**idelis d̄s qui nō patit aliqūē  
 tēptari ultra id qđ pōt. **S**; libera nos a malo. i. a diabolo z ei⁹  
 deceptiōe: z a maloz hoīuz p̄nssioe z p̄secutiōe sine a pctō **E**t  
 sciēdū qz cū dicim⁹. **S**; liba nos a malo nō solū debem⁹ roga  
 .k.ij.

re ut a futuro malo nos liberet: s; etiã a pctõ. Sciẽduz etiã ẽ  
q; b' i orõnis õnice septẽ sũt petitiões. **P**ri' curz in principio  
dicim9. **P**ri' noster qui es in celis: vocatio ẽ nõ petitio. **P**ri-  
ma ẽ scificetur nomẽ tuũ. **S**ecũda ẽ adueniat regnũ tuũ. **T**er-  
tia fiat volũtas tua sic in celo z in terra. **E**t iste tres petitiones  
ptinẽt ad cõtemplatiuã vitã. **S**; panẽ nřm quĩdianũ da nobis  
bodie. **E**t dimitte nob debita nřa: **S**ic z nos dimittimus debi-  
toribus nřis: **E**t ne nos inducas in tẽptatiõem: **S**; libera nos  
a malo: pertinẽt ad actiuã vitã. **A**ctiuã vitã ẽ: exuricti z sitiecti  
cibũ z potũ dare. **M**andos vestire. **E**genos vagosq; in domuz  
ducere: z cetera similia bona opera opari. **C**õtemplatiua vitã ẽ  
postponere oĩa terrena z secularia z meditari tñ celestia. **A**cti-  
ua vitã hic inchoat s; nõ hic finitur. **T**res itaq; petitiões ut di-  
ximus: pertinẽt ad cõtemplatiuã vitã: q; scificatio nobis dei hic  
inchoatur: s; nõ ẽ hic pfecta: **E**rit enĩ pfecta in btã vitã: q; ois  
qui in beatã vitã intrauerit: sanctificatiõez pfectã dei in se ha-  
bebit. **S**imilĩ regnũ dei: qd regnũ est in sãctis hic inchoatur:  
s; erit pfectũ in futura vitã: qm̃ illic nõ regnabit diabolus nec  
pctm̃: s; solus õs cũ sanctis. **I**ta etiã volũtas dei hic inchoat:  
s; in futura vitã erit pfecta: q; illic nichil uelemus: nisi qd de9  
vult. **Q**uattuor petitiões q; sequũtur pertinẽt ad actiuã vitãz:  
q; panis quotidianus. i. s;mo diuinus z intellectus sanctaruz  
scripturarũ tñimodo est nob in hac vitã necessarius ut math.  
.iij. **N**õ in solo pane uiuit hõ: s; in omni verbo qd procedit õ  
ore dei. **E**t in futura vitã: nulla erit ignorantia: vñ aug. **Q**uid  
ẽ qd nõ videãt: qui videntẽ oĩa vidẽt. **S**imilĩ i hac vitã tñ nõ  
bis necesse ẽ ut illis dimittamus: qui in nos peccãt: ut nob de9  
nř dimittat: q; in futura vitã nullũ erit pctm̃: qd dimitti debeat  
**I**ta etiã in hac vitã tñ nob necesse ẽ orare: ut diabolus nos nõ  
inducat in tẽptatiõez: q; in futura vitã diabolus neminẽ tẽpta-  
bit. **S**imiliter: in hac vitã de9 liberet nos ab omni malo: q; i fu-  
tura oio nullũ timebimus malũ nel pctm̃. **I**te affirmat de re-  
missione in nos peccãtũ dicẽs. **C**ũ steteritis ad orõnez: remit-  
tite qd habetis aduersũ aliquẽ ut per přem nřm qui ẽ i celis re-



mittat uob petā ur̄a q: quaeliqz hora peccator gemuerit petā  
 sua; ego d̄s exaudia eū. eze. xvij. s; dathā z abyrrō fuerunt de-  
 glutiti a terra numeri. xvj. immediate postqz peccauerūt: sic p  
 pha in ps. cv. Aperta ē terra et deglutit dathā: z opuit sup  
 cōgregatiōez abyrrō. Et in euāgelio. Dimissi tibi oē debui:  
 qm̄ rogasti me. Si aut̄ vos nō remiseritis: nec de' remittet vo-  
 bis qui misericors ē misiam illi p̄stabit. Peccatori at̄ dicet d̄s in  
 die iudicij: nulla ē tibi excusatio: qd̄ enī adūsus frat̄e tuū fece-  
 ris: hoc idē t̄pe patieris. Et itē: Qui odit frat̄e suū: homicida  
